This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


61
H65

T. 61
H65
R

ORIBASII

MEDICI CLARISSIMI COMmentaria in Aphorismos Hippocratis hactenus nõ uisa, Ioannis Guinterij Annaci Doctoris Medici industria, ueterè profundissimis tenebris eruta, & nunc primum in Medicinæ studiosorum utilitatem ædita.

x 3° f x° 17
8.
L 30

UNIVERSIDAD CENTRAL DEL ECUADOR
BIBLIOTECA
FACULTAD DE MEDICINA

BASILEAE.
Ex officina And. Cratandri.
1535.

D. José Rodríguez C.

Soy de la Librería
del Colegio
de la Concepcion
de Alcalá.

FRANCISCO À VICOMER-
cato Mediolanenſi, ſereniſſimæ Galliarum
Reginæ Leonoræ Medico clariſſimo, Io-
annes Guinterius Andernacus
Salutem.

Vum nuper in bibliotheca quadam nō contemnenda, uir literis ſpectatiſſime, reperiſſem fortè Oribaſij illius, Iuliani Imperatoris archiatri, in Aphoriſmos Hippocratis cōmentarios, cum tineis & blattis ſtrenuè pugnanteis, ſubijt demirari craſſam ſupinámque ſuperioris ſeculi medicorum negligentiam: quibus non curæ fuit uel hoc ſatagere, ut egregios, ne dicam neceſſarios, Medicinæ ſcriptores ex bibliothecis in lucem æderent. Veteres nihil intĕtatum inexpertumq; reliquerunt: nihil occultatum, quod non prodeſſe poſteris cuperent. Pompeius cognomento Magnus, ſuperato Mithridate, commentationum Medicinæ, ac Antidotorum exemplaria, quæ ille in arcanis ſuis reliquit, transferre ſermone noſtro, ut uitæ hominū prodeſſet, libertū ſuum Lenæum iuſſit. Medici illi, quorum huius maximè intererat, authores priſcos non mo-

dò ſitu obſoleſcere, ſed etiam barbariſſimos & pere grinos ſcriptores, in uicem optimorũ ſurrogari, ſunt paſſi. Vix nuper Calenus in arte ſua princeps, medi corum filijs cœpit innoteſcere. Ante annum Paulus Aegineta latuerat. Oribaſius in hunc uſque diẽ incognitus eſt. Quid multis? Tota ueterum medicina, quæ longè erat præſtantiſſima, nõ neglecta, ſed extincta propèmodum habetur. Hinc eſt quod hodie non pauci Theſſalei medici antiquos authores, per quos conſummatur profeſſio, ignorent, contemnãt, deſpuant: formulis aliquot uulgatis medicaminum contenti. Verùm quanto id mortalium fiat diſcrimine, nemo qui ad aliquam ſyncerioris medicinæ cognitionem peruenit, ignorat. Quare nos hactenus quanta potuimus induſtria & labore, ueteres Græciæ authores latinitate donare ſumus aggreſſi. Primùm Galeni libros ferè quadraginta, atque plures ex ijs nunquam antea ſiue barbaris ſiue eruditis attactos: quos omneis nunc recens diligentia quàm licet maxima recognitos, emittemus. Deinde Paulum Aeginetam, qui ob exemplarium uitia & diuerſitatem, plurimum exhibuit negotij. Nũc aũt in Aphoriſmos Hippocratis commentarios Oribaſij, qui Galeno & ætate & diſciplina proximus extitit, in cõmunem

munẽ uſum profero. Cõmentarios inquam non pœnitendos, ut qui ſuccinctius omnia quàm Galenus, & ſicubi difficultas lateat, explanatius, tradãt. Hos igitur diebus aliquot emaculaui, erant enim depraua tè admodũ deſcripti, ne uitã alienis bonis, quod alij faciunt, defraudarẽ. Quem laborem tibi uir excellentiſſime, nominatim appendere uiſum eſt, qui tum ueterẽ tum nouã percalleas medicinã: qui in mathematis altioribuſq; diſciplinis nulli uel Italorum uel Gallorũ cedas: deniq; qui tanta curandi ægros dexteritate & methodo polleas, ut omnib⁹ facilè medium, quod aiunt, unguem oſtendas. Hac enim ratione Galliarũ Reginæ illuſtriſſimæ medicus es creatus: hac in grauioribus Principum morbis ubiq; accerſiris: hac te Galli amant, Itali uenerantur, utriq; expetunt. Proinde uigilias has noſtras hilari fronte excipias, Franciſce doctiſſime, & contra morſus uitilitigatorũ, ut aliàs ſoles, defende. Præſertim aduerſus eos qui falſo eruditionis titulo, in aulam ueſtrã irrepſerunt: qui ſæpe noſtra reprehẽdere, nunquã meliora poſſunt reddere. Quod ſi pergas facere, ſẽties breui, maius aliquod opus me, quod tua ſit dignum doctrina, tua familia illuſtriſſima, emiſſurum. Vale. Lutetiæ, Calendis Martij.

PRAEFATIO ORIBASII IN APHORISMOS HIPPOCRATIS.

Quoniam oportet semper in omni libro quędam necessaria prædici, idcirco hic esse prefandū mihi existimo. Nimirū qđ Hippocrates nos in hoc cōmentario, ut magnanimus paterfamiliâs, sermone fret⁹, ad suæ doctrinę pabulum inuitare contendit: proponēs enim ueluti mensam, copiosas offert dapes, ut quisque quod desiderauerit mente consequatur. Nec prætereundū hoc silentio est, quòd clarissimus ille author doctrinæ secretiora, compendioso atq; distincto sermone, cuncta uelut medicinę cādidatis excerpens, manifestare conetur. In præsenti igitur libro eò studium suum dirigit, ut totius artis breuiter capita perstringat. Quippe describit hic hominis uitā, naturas q; rerum, artis prolixitatem, occasionis

sionis uelocitatem, experientiæ fallaciã, ægritudines, & earum accidentia, locorum, aërum, aquarumq; diuersitates, curationum modos, temporũ ordinem & eorum qualitates, necnon & uarietates totius, ut breuiter dicam, artis. Itaq; particulas breuitatis medicinæ, & absolutiõis exequi, libri huius scopus est. Scopum uerò dicimus, propositũ, quod absolutionis finem respiciat. Vtilem uerò dicimus librum hunc, qui totius artis in se cõtineat breuitatem. Sed quæstio inter hæc oboritur, an Hippocratis Coi sit proprius? Apud ueteres em̃ multi nuncupati sunt Hippocrates, unde asserunt aliqui, librũ istum Hippocratis Coi nõ esse. Quibus hoc pacto respõdetur: Rufus, Pelops, Lycus, alijq; multi, librum hunc Hippocratis Coi esse affirmarũt. Deinde, quòd nemo tale opus aggressus sit post Hippocratem, quem Philosophi amicum naturæ dixerunt. Tentauit quidem Democritus talem conscribere, sed non potuit. Quinetiam apud

Græcos aphoriſmi primùm ex ſtudioſiſſima Hippocratis Coi opera, & ſolicita indagine inclaruerunt. Apud latinos autem tranſlatione Pelopis, qui cautiſſime uerbum è uerbo transferens, imitatus eſt Hippocratis breuitatem. Interpretes extitere Hippocratis, Pelops, Lycus, Rufus, Soran⁹, Domnus, Galen⁹, Attalio, & multi alij. Sed & ego ipſe cõmentarios cõſcripſi, monẽte Ptolemæo Euergete, poſt ſeptuaginta perfectiſſimorum medicorum examinationem, qui unà medicinam prælegerunt, & philoſophicas quæſtiones diſcuſſerũt. Porrò quærendum uenit, in quam partem artis medicinæ, liber hic redigatur. Medicina eñ ſpeculatiua eſt, & actiua. Sed dicimus, in utranq; redigi. Omnium enim ægritudinum ſpeculationem, nec non & actus, tanquam cognata ſibi cõprehendit, connectitq;. Speculatio paruo tempore comprehendit, actus multo indiget. Hoc quod paruo tẽpore abſoluitur, illud præcedit ſemper: igitur in

eo

eo quod nec multo tempore comprehenditur, sedulò studendū est. Sed quis non malit in ea permanere doctrina, in qua semper possit esse securus? Ergo utranque medicinæ partem liber hic cōplectitur. Cæterùm si, quo ordine legendus sit, quæras, Certè, quantum ad candidatos medicinæ attinet, tertio loco legi debet: sed quantum ad doctos, etiam ultimo. Etenim qui initiant̄ arti, primò legant sacramentum ipsius Hippocratis, inde librum præceptorum, tertiò librum hunc, in quo totius artis speculatio continetur. Docti hunc postremum relegant, ut ea quæ in alijs legerint, hic omnia commemorent. Modus doctrinæ si quæritur, est quadruplex, intellectualis, complexorius, diuidens, & definitiuus. Intellectualis dicitur, eò quòd intellectu, id est, contemplatione, tam uirorum, quàm mulierum ægritudines exequatur, & consideret. Complexorius, quòd omnia complectatur seu comprehendat, nihilq; relinquat. Diuidens,

eò quòd corpus humanum in partes diuidat, earũq; ægritudines particulatim declaret. Definitiuus, quòd cuncta definiat, rectèq; determinet. Habent quoq; hunc ordinem, ut prior sit intellectualis deinde complexorius, inde etiam diuidens, ad ultimum definitiuus. Prius em̃ rem intellectu tenemus, pòst uerò intellectam, sicut est, totam complectimur, inde etiam ac si per intellectum comprehensam diuidimus, ad ultimum autem comprehensione diuisam definimus, & determinamus. In quos etiam modos liber iste redigitur. At in quot partes præsens liber aphorismorum diuiditur? Soranus diuisit in tres, Rufus in quatuor, Galenus in septem. In quibus habentur digesta omnium ægritudinum prognostica, utriusque sexus, tam in infantibus, quàm in pueris, iuuenibus etiam, senibus, & decrepitis. Vt enim Pelops magister Galeni dicit, humanę uitæ partes sunt quinque, otiosa, laboriosa, iuuenilis, senilis, decrepita. Otiosa, in qua in

fantiæ tarditas oſtenditur. Laborioſa eſt puerilis, in qua exercitationũ intemperantias denotamus. Iuuenilis, quæ ætatis perfectæ robore inſignitur. Senilis, in qua iam roboris declinationẽ uidemus. Decrepita, quæ quaſi iam finis aut bona, aut mala dicitur. Si enim roges certã aphoriſmorum rationem, quot ſint, tot nimirum & libri partes. Quid eſt aphoriſmus? Sermo breuis integrum ſenſum propoſitę rei deſcribẽs. Sed iam ad ipſum textum aphoriſmorum redeamus.

ORIBASII IN APHORISMOS HIPPOcratis, commentarium.

LIBER PRIMVS.

APHORISMVS PRIMVS.

Vita breuis, ars longa, occaſio præceps, experimẽtum fallax, iudiciũ difficile eſt.

Statim per initia ſermonis, Hippocrates propulſare uidetur magis quàm inuitare audientes. Non tamen ut omnes qui artem uel diſciplinam medicinam aggredi deſiderant, profugos reddat, ſed ut quantum candidatorum aures poſſunt percipere, hanc memoriæ commẽdent. Sicut enim nutrices infantibus recens natis quos alendos acceperunt, continuò ſolidũ non offerunt cibum, ſed eum quidem ſeruãt, dum fuerint profecti: ſic Hippocrates altioribus ceſſans quæſtionibus, protinus uitam dixit eſſe breuem, & artem longam, rem mediocrem ſciens & reticens, quòd ſcilicet medicina ſpeculatiua eſſet & actiua, et quòd multis modis diuidatur ſpeculatio, multis & actus, qui illa maior. Ideoq; longam artem uitæ comparauit breui, ut auditores attentiores

ores redderet. Occaſio præceps dixit, quia omne quod immutatur, niſi uelocitatem habuerit, immutari non poteſt. Sumas in exemplum fluuium currentem ſine intermiſſione, in quem ſi uolueris digitum ponere, & releuare, iterumq; deponere, non eandem aquam tangis, ſed modò unam, modò aliam. Quatuor itaq; ſunt tẽpora, ſiue generalia, ſiue ſpecialia morbis cognoſcendis, uel præſidijs adhibendis, ſeu cibo dando: initium, augmentum, ſtatus, & declinatio. Experimentũ autem fallax. Quæſtio hic uenit contra Hippocratem. Si experimentũ eſt, quare fallit? Et occurrit talis ſolutio. Pone eſſe podagricam paſſionem, & inuenit medicus præſidium expertum in podagricis, & neſcit, utrum in initijs conueniat, an in augmento, an in ſtatu, an in declinatione. Et ſi cõuenit in ſtatu, dat illi in augmento, & fallit. Omne enim quod fallit, tribus modis fallit, aut ex opifice, aut ex materia, aut ex organo. Si opifex peccat, medicina nõ peccat, materia uerò peccat. Iudicium difficile. At fallax experimentum, iudicium difficile retulit. Iudicium enim duobus modis fit, aut ad uitam, aut ad mortem. Difficile dicit, propter fallax experimentum.

APHORISMVS II.

NOn ſolum ſeipſum officio fungentem exhibere oportet, ſed etiã ægrum & aſſidentes, & extranea.

In

In primo Aphorismo de longitudine artis, & breuitate uitæ locutus est, ut hi qui futuri sunt medici, cum omni fortitudine atq; constantia animi studio incumbant. Ideoq; meritò eam arduam & longam esse dixit. Deinde uolens animos eorum fatigatos recreare, sedulitatem discendi addidit. Non solum, inquiens, medicus debet esse cautus apud seipsum, sed & omnia rationabiliter agere, ut ægri animũ oblectet, & hic illi per omnia obediat. Sed & ministri ægrum obseruent, ut in nullo peccent, & ea quę foris sunt nihil impediant, hoc est, nuntius malus, aut strepitus aliqs, aut sonus, aut pluuia, aut torrens. Ista enim omnia nocere infirmo, & crisim futuram impedire solent. Et q; extranea præuidere dixit, intelligimus eum uelle, ut hi qui ueniunt ægrum uisitatum, unà sint cum medico. Extranea enim dicuntur & ea quæ superius prædiximus.

APHORIS. III.

IN perturbationibus uentris & uomitibus spontinis, si tale purgetur, quale purgari oportet, res bene cedit, & facile fertur: Sin minus, contrà.

Quæstio nobis oritur contra Hippocratem. Quare à uẽtre incipiat potius, quàm ab alio principio? Quod rectè illum fecisse non latebit. Nam quis nescit, uentrem ab oculis remotum, conspicue

cuè uarios nobis morbos indicare. Innuit etiam author in præsenti, initiandis arti esse obseruandum, utrum rubrum, an nigrum, siue alterius coloris sit, quod deijcit. Alia uerò ratio est: Quòd uenter receptaculum sit potus atque cibi, quibus unà ueniẽtibus in uentriculum, & calefactis à ie core, succulenta quædam fit substantia. Et sicut la cte coagulato butyrũ supernatat: sic excocto succo fit putredo phlegmatis, quæ ipsi stomacho nutrimentũ præstans, inde ad cerebrũ pergit. Mundissimum uerò quod remanet, ministratur epati, & contrahitur per meseraicas uenas, quæ ab epate egrediunt, ubi conficiuntur quatuor humores, & unusquisq; illorum per riuulos quosdam ad suum principalem meat locum. At quoties per turbationem aliquam sustineat natura, per ipsos riuulos, eaq; orificia uenarum & meatuũ per quę exierunt, de uentriculo ad epar recurrunt humores, & sic ab epate & orificijs meatuum & uenarum, uentri ministrantur, forasq; proijciuntur. Quod uerò ait, Si tale purgetur, quale purgari oportet, & reliqua, tale est: Ipsa perturbatio uariè accidit: aut enim artificiosa est, aut naturalis, aut ex accidenti. Artificiosa est, quum medici cathartícum præbent. Naturalis, quoties leuat se natura, & superflua expellit. Nunquam enim natura aut maius, aut minus uult, sed semper gaudet moderamine. Ex accidente uerò fit, quum casu aliq; fit, aut qualitate, aut quantitate. Ex accidẽti enim

duobus modis fit. Qualitas uerò eſt, ut cibi uentrẽ emollientes. Quantitas oppreſſio aut corruptio eſt. Exemplum autem Aphoriſmi tale eſt: Sicut cloaca maximæ ciuitatis, quæ multos in ſe recipit riuulos, quum clauſa fuerit, ſtercus in ciuitate redundat: aperta uerò, ſuperflua reiectat. Similiter tunc facilè fert natura, quando ſuperflua deponit: utputa, reperio tertiana laborantem iuuenem, do illi præſidium, quod ipſum propriè deponat humorem: abſciſa cauſa, facile tulit. Sic & natura quoties ſponte facit, conſiderare debet medicus quale ſit, aut quantum, aut ſi uires ſufficiant. Tunc enim facilè fert natura, quando ſuperflua proiicit, ſiue per uomitũ, ſiue per uentrem. Perturbatio eñ cõparata eſt mari, quod niſi perturbationẽ habuerit, ſupflua à ſe expellere nõ ualet.

APHORIS. IIII.

ITidem conceptaculorum inanitio ſi fiat qualis fieri debet, res bene cedit, & facilè fertur: Sin minus, contrà.

Secutus eſt inanitiones, quæ fiunt ab epate. Inanitio eñ dicta eſt, eò quod inane faciat corpus uel uenas noſtras, ut eſt ſanguinis miſſio, clyſter purgans, quæ eſt ſubductio uentris. Iſta enim omnia inanire ſolent corpus. Ergo quando oportet ut inaniatur corpus, & plenitudo imminuaſ, attendendũ eſt, an utilis ſit ipſa inanitio. Sed unde animaduertes? Non aliunde, quàm ex ipſo ægrotante

grotante, ſi facilè fert, ſi gaudet, ſi non deficit, & ſi nõ conqueritur: quomodo diximus & de ſponta nea effuſione. Sin minus, hoc eſt, ſi non gaudet, offenditur natura, aut ratione pluris, aut minoris. Aliud uerò eſt inanitio, & aliud purgatio. Purgatio eſt qualitatis, Inanitio quantitatis. Sed quia poteſt fieri, ut purgatio inanitio dicat, inde Hippocrates dicit: Si tale purgetur quale oportet, & inaniantur qualia debent.

APHORIS. V.

IGitur & tempus, & regionem, & ætatem, & genera morborum, quibus oportet curationem adhibere, nec ne, conſpicari officium eſt.

Memor ſermonis de inanitione quæ à medico fit: contemplatus etiam, quantum ipſa medicinæ opus ſit: coactus eſt cautè & ſolicitè admonere nos, ut antè quàm opus aggrediamur aliquod, ſciamus, ſi bene poſſit fieri, ſi lædi ægrotus, aut iuuari queat, ſi offendi aut melius haberi. Non enim oportet incertum experimentum in homine fieri. Ideoq; meritò dicit conſpicari tempus oportere. Si enim hyems ſit ualida, non debet inaniri ægrotus: quia omnis effuſio extra rationem, duntaxat infrigidare corpora ſolet. Si æſtas eſt maximè ardens, itẽ fugienda eſt inanitio: quia omniũ corpora tunc ſoluta ſunt, & debilia. Sed uere &

autũno, ſine ſolicitudine inanimus: quia ſunt tem pora mediocriter temperata, ſiue calore, ſiue frigore. Et regionem conſpicari oportet, in qua debet operari, in qua non. Si ualde eſt frigida, ſicut Scythia, Thracia, uel aliæ earum ſimiles: aut ualde calida, ſicut Aethiopia, uel India. Et ætates, ſicut infantum uel ualde ſenum. Morbos uerò inſpicere conuenit, ut ſcias in quibus debeas facere inanitiones, ut eſt pleuritis, phrenitis, colica, uel alij in quibus eſt plenitudo. In talibus enim bonę ſunt inanitiões. Cæterùm in dyſenterijs, cholera, cardiacis, ſudantibus, ſpiritu difflatis, aut inedia confectis, aut alijs cauſis quæ per diuturnitatem adducũt infirmos ad tabẽ, an nõ inimica eſt inanitio? Vides quare dixit, cõſpicari oportet, ut antè quàm ſnanitio fiat, iſta omnia quęrant à medico.

APHORIS. VI.

EXercitatio ſumma bona ualetudo eſt: ſi ad extremum deuenerit, periculoſa, uti in athletis.

Poſtquam uerba fecit Hippocrates de effuſione ſiue ſpontanea, ſiue quæ ab artifice fit, ſubiunxit quibus fieri debeat, & quibus non. Conſideremus, inquiens, ætates, & regiones, & morbos, & alia quæ ſequũtur: inde agit de exercitationibus. Quæſtio nobis eſt, contra ipſum Hippocratem: Quare exercitiũ ualetudini præponat, quũ niſi ualetudo

ualetudo fuerit, exercitium esse non possit. Valetudo enim duobus modis dicitur: bona ualetudo quæ uirtus: & aduersa ualetudo, quæ est ægritudo. Sed Hippocrates sciens istud exercitium ualetudinem facere, dum causam dicit, curationē significat. Vt est in athletis, qui perunćto corpore ex oleo, & perfricato manibus exercitant. In ipsis enim naturalis calor, hoc est sanguis, qui crassescere facit corpora. Et hoc tribus modis dicit, crassus & mędius & gracilis. De crassis ēm ait, id est, de athletis, uel eis qui in iuuentute sunt, quia in ipsis uiget uirtus naturalis, & ideo fortes sunt. Quos necesse est omnem cibum bene concoquere, unde multum quoque assumere cogūtur. Ex quo sanguis quotidie generatur, & ex multo sanguine corpora eorum incrassantur. Istam enim crassitiem dicit Hippocrates solui debere. Bona ualetudo est carnulentia & crassities. Et quomodo potest solui, nisi per inanitionē sanguinis? Cōtinuo ergo uena diuidatur adaćto scalpello: quia si fit ex nimia plenitudine, aut uenæ eis rumpuntur, aut arteriæ, aut ipse spiritus uitalis, uel calor naturalis ex constipatione extinguitur. Sæpius & in apoplexiam multos uidimus incidisse, & præfocatos momento temporis defecisse. Qui ergo incrassescunt ad summū, hoc est, non ultrà quàm conuenit, bonum est. Qui uerò in nimium, hoc est, in ultimum, & supra modum, graue est eis, propter rationem paulò superius dictam.

APHORIS. VII.

NOn enim in eodẽ ſubſiſtere poſſunt, aut quieſcere. Quòd ſi non quieſcunt, nihil proficere in melius poſſunt: Reſtat igitur ut in deterius labatur.

Hoc eſt: Quantumcunque in illis ſupra mediocritatem excreuerit craſſities, tãto peius eſt dum appetunt cibum cui aſſueti ſunt, & non quieſcũt, ſed concoquunt, eóque plus comedunt, & quotidie in illis ſanguis generatur & nutritur: qui iam non ad melius proficit, hoc eſt, ad fortitudinem corporis uel utilitatem, ſed ad peius, hoc eſt, ad periculum præfocationis, aut ruptionem uenarum. Ergo uerum dixit, propter iſtas neceſſitates & pericula.

APHORIS. VIII.

QVamobrem ſoluere bonam ualetudinem expedit, ut denuo refici corpus incipiat.

Hoc eſt: illa obeſitas uel craſſitudo corporis, ſanguinis detractione minui debet. Subdidit, ut denuo refici corpus incipiat. hoc eſt: Noli morari effundere ſanguinem, & exinanire corpus, propter pericula quæ multoties diximus, ut dum inanitum fuerit, incipiat iterum refici corpus, nempe ſanguis creari & nutriri, & illius effuſionẽ ſanguinis

guinis reſarcire. Hoc quidē Hippocrates de athletis dixit, tu autem ô medice etiam de omni craſſo & obeſo intelliges.

APHORIS. IX.

NEc idcirco compreſſiones in extremum ducendæ ſunt, haud enim tutum eſt.

Quoniã Hippocrates de plenitudine vel obeſitate corporis ſermonem habuit, quæ eſt multa uel ſine mēſura, hoc eſt, in ſummo uel in ultimo, præcipit eam ſolui nulla re alia quàm inanitione. Dixit etiam neq; compreſſiones ad extremũ ducendas, hoc eſt, inanitiones. Compreſſio enim dicta eſt à comprimendo corpus, hoc eſt, ab extenuando: quia omnis effuſio uel inanitio comprimit & inanit corpora noſtra: ergo nõ debet fieri uſque ad extremum, hoc eſt, præter naturam. Conſiderabit enim medicus, ut ſi cui ſecundum rationē expedit extrahere tres libras, ei ſubtrahat duas & octo uncias: quatuor enim uncias relinquit naturę, unde poſſit conſiſtere & ſuſtētari. Etenim medicus ſecundum rationem faciens, ultra modum nõ debet ſubtrahere, ne incipiat nimia inanitio periculum facere, & nõ poſſit uirtus reparari. Quia q̃modo nimia plenitudo præfocat uel ſtringit: ſic nimia inanitio uel præfocat, uel occîdit. Quia ſi ipſa uirtus, & calor noſter naturalis, qui

eſt cũ ſanguine effunditur, cibus, qui poſt datur, q̃modo poterit concoqui, & ſanguis inde generari? Et ſi ſanguis & cõcoctio nõ adminiſtret, neceſſe eſt, vt tabeſcat corpus & deficiat. Nã ſunt quatuor uirtutes operatiuæ in nobis, quæ ſiue uigilantibus, ſiue dormientibus nobis ſemper operãtur: & dum non habuerint quod conſumant, ipſum corpus ceſſando conſumunt. Ipſa enim earum ceſſatio, corporis cõſumptio eſt. Vides, quare dixerit inanitiones modum excedentes incommodas eſſe.

APHORIS. X.

SEd pro eius qui corrigitur natura ducendum, ut toleret.

Conſiderare debes, inquit, uires illius ægri qui ſuſtinebit, uenã incidi, uel inaniri corpus. Ad hoc ducendum dicit, hoc eſt, tantum faciendũ, quantum uires tolerare poſſunt.

APHORIS. XI.

OMnino euacuationes in extremũ deductæ graues ſunt: Rurſúſque recreationes extremæ graues.

Vides Hippocratem, quum nimiam plenitudinem, uel inanitionem reprehendiſſet, coactus eſt in iſto Aphoriſmo generaliter docere medicos, quòd inanitio uel repletio corporis q̃ fuerint uſq; ad extremum, hoc eſt, nimiç uel ſine menſura, gra-

ues

ues, hoc eſt, inimicæ ſunt. Quicquid eñ amplius fuerit inanitione congrua, malum eſt.

APHORIS. XII.

TEnuis exquiſitâque uictus ratio, tum in affectibus longis omnibus, tum etiam acutis quibus non competit, grauis moleſtaq; eſt.

Interrogandus hic nobis eſt Hippocrates: Si in longis non conueniunt, nec in acutis, ubi conueniunt? Aut quæ eſt tenuis uictus ratio? aut in quot partes ea diuiditur? aut principales ægritudines quomodo diuiduntur? Dicimus quadrifariã, hoc eſt, in acutam, & peracutam, mediam, et longam. Quadrifariam uerò & uictus ratio. Ergo neceſſe eſt dinumerari unicuique ægritudini propriam ſuam uictus rationem. Peracutę ægritudini, ut eſt apoplexia, quæ quarta die terminat, tenuiſſima præcipienda eſt, ut eſt calida aqua. Et iſtam quando debeo dare? Prima & ſecundã die noli exhibere, quia adhuc ualida eſt ægritudinis uirtus. Tertia uerò die dabis duobus modis. Vno, cibi nomine, alio uirtutis, ut quarta die inueniatur ualida uirtus ad expellendos humores. Acutæ ægritudini, qualis eſt tertiana, tenuem uictum dari iube, ut eſt cremor ptiſanæ. Et inter acutam & peracutam, quæ media, uſque ad ſeptimum diem determinatur, huic melicratum dari cõuenit, primùm

pro uirtute, deinde quia ſuperflua purgat. Et ut ſcias qualis ſit uirtus melicrati, ſuperflua purgat, naturalia conſeruat. Philoſophus autem refert, ad odorem mellis quadraginta dies uixiſſe quendam. Longa uerò ægritudo eſt, ut quartana, cui ſolidum uictum dari conuenit, ut halicam & piſcium garą.

APHORIS. XIII.

ITemq; uictus qui in extremũ tenuitatis deuenerit, grauis eſt. Nam repletio quoq; in extremũ acta, moleſta eſt.

Docet Hippocrates medicũ, quid in uictu debet obſeruare: atq;, non ſemper tenuem & exquiſitum dandum, ſed aliquando paulò pleniorem: ut ei qui calidam aquã aſſumpſit, poſtea mulſam exhibeat, quæ uirtute paulò ualentior eſt: ne tenuis uictus uſque ad ultimam tenuitatem perducat ægrotum. Docet etiam immoderatas repletiones moleſtas eſſe, ne fortè incautos lateret hoc medicos, ita ut ſemper plenum uictum adhiberent, additque dicens: quia & repletiones, hoc eſt pleni cibi ad ultimum ducti, peſſimi ſunt, id eſt, non ſolum carnes diuerſæ, præſumptæ immoderatè, ſed & uinum etiam & panis. Nam extra modum omnia peſſima ſunt. Ideo repletio ſi recedit à mediocritate, perdit corpus.

Aphor

APHORIS. XIIII.

IN tenui uictus ratione ægri peccant, quò fit ut maiore afficiãtur detrimento. Quicquid enim cõmittitur, grauius eis obuenit, q̃ in aliquãtulum pleniore.

Iterum atque iterum Hippocrates multoties nos admonet, quòd in tenui uictu delinquunt ægrotantes, propter quod grauius afficiũtur. Hoc eſt, dũ aggrediens medicus ęgrotum, præcipit, ut ſuccum accipiat, ille aliquando obtemperat, aliquando non: & dum acceperit, dicit: Hic me uult occidere. poſtea aduenientes amici ad uiſitandum, dicunt ei: Accipe halicam. & dum acceperit, è duobus alterum contingit, aut bene, aut malè. Si bene, dicet medico: Quare me occidere uoluiſti? qui me ſolo ſucco tractabas, & me iam occidiſſes, niſi aliud accepiſſem. & ſtatim iratus repudiat tenuem uictum, & conſilium medici, ac utitur pleniore. At ſi malè contigerit, dicit: tu me occidiſti, qui me ſolo ſucco ſuſtẽtare uoluiſti. culpatq; amicos, & ultra præceptum medici, nimis tenui utitur. Ideóque afficiuntur, hoc eſt, malè offenduntur. Quicquid enim committitur, grauius eis obuenit, id eſt, aut magnum malum, aut magnum bonum: hoc eſt, non leues ſunt caſus, qui eis contingunt, ut eſt, animæ defectus, ſudores frigidi, & ſpirituum digeſtio, & alia quæ peiora patiuntur, quàm qui aliquãtulo pleniore uictu utũtur:

hoc eſt,in tenui uictu maiores contingunt caſus, quos ſuprà diximus, quàm in paulò liberaliore uictu & ualentiore.

APHORIS. XV.

HInc igitur & ſanis tuta non eſt illa admodum tenuis,diligens exquiſitaq; ratio uictus:ob eam rem quòd difficilius errorem qui committitur ferunt.

Bene ceu naturæ peritus, ſeriem orationis ſequitur.Non ſolùm,inquiens, inimica eſt ægrotis tenuis uictus ratio,ſed & ſanis.uerbi gratia: aliquis conſueuit uti cibo pleniore,idem ad nauigationem aut carcerem miſſus,nihil comedẽdo concoctionem facit inteſtinorũ: poſtea uerò ubi dimiſſus fuerit (uult nimirum ad priſtinam conſuetudinem redire)largiorem tum potum, tum cibum aſſumit,concoctio non obitur, morbi oriuntur.Sic & tenuis uictus ſanis tutus non eſt: ægrotis uerò,quando non pro morbi ratione aſſumunt.Sed alio modo ſanis,alio modo ægrotis. Sanorum facit initium ægritudinis:illorum,initium mortis.Quæ admodum tenuis, diligens & exquiſita eſt uictus ratio,illa tuta nõ eſt: quia infirmus uexatur,quũ nimio ieiunio conficitur:ut q indigeat nutriri,multò magis quàm ſani, quia eſt in laboribus.Meritò ergo,quia uictu tenui magis læduntur, & difficilius errorem ferunt, hoc

eſt

eſt, quia in ſe peccant, moleſtius & difficilius ſuſtinent: nam ſequitur eos animi defectio, & macies corporis.

APHORIS. XVI.

ITa fit ut tenuis & diligens exquiſitusq; uictus, periculoſior maxima ex parte ſit eo, qui paulò plenior.

His quibus non ſatis eſt aqua mulſa, da illis halicam. Idem eñ repetiit, quia tenuis uictus periculoſus eſt: plenior paulò, minus. Quia uerò culpauit tenuem uictum, ne fortè in omnibus morbis eum præciperent medici, meritò ſubiunxit:

APHORIS. XVII.

SVmmis morbis ſumma diligentiſſimè remedia adhibere, ad perfectum perducit. Addere enim nocuum eſt.

Summos dicit acutiſſimos, qui aliquando uſq; ad ſeptem dies perſeuerant. Iſtos ergo morbos ſummos curare, ad perfectum perducit, hoc eſt, admodum tenuis uictus ſalutẽ & perfectionem in ipſis obtinet. Curationem enim Hippocrates uictum uocauit: quia per uictum morbi curantur, & non ſolum acuti, ſed & tardi ſoluuntur. Sicut enim princeps logicæ ſectæ, & non ſicut empiricus, ad medicamina properauit.

APHORIS. XVIII.

ET qui remiſſiones habent, in iſs cibo detrahetur.

Circuitus eſt ſpaciũ quod ab uno ad alterum uſque intercedit, ut eſt tertianus, qui tertia hora incipit, & iterum in tertia die eadem hora. Remiſſio eſt, diẽ ſanũ habere. Ergo ipſum eſt quod dicit Hippocrates, ut die acceſſionis non detur cibus, ſed ſubtrahatur: quia quod datur, in putredinem cõuertitur, adeò ut ſi quis uoluerit in febre calidã aſſumere aquã, plus ei febris protrahatur.

APHORIS. XIX.

VBi morbus peracutus eſt, ſtatim & labores ſummi fatigãt, & tenuiſſimo uictu uti neceſſe eſt.

Poſtea quàm abſoluit ſermonem Hippocrates de tenui uictu, inquiens, peracutos morbos tenui uictu & exquiſitiſſimo curari, neceſſe habuit differentias ægritudinum dare. Acutæ dicuntur, quę finiuntur quartodecimo die: aut ſi multum, uſq; ad uigeſimumprimum diem durant. Acutiſſimæ uerò ægritudines ſunt, quæ quarto die ſoluunt, aut etiam occidunt: aut ſi multum, uſque ad ſeptimum diem perdurant. Sed iſti morbi quos Hippocrates commemorat, ubi peracuti ſunt, illic ſtatim & ſummi labores fatigant, hoc eſt, periculoſi

&

& graues caſus urgent, & tenuiſſimo uictu uti ne ceſſe eſt, nẽpe aqua calida. Sed ſi multum iam occupata eſt natura ad agonem & pugnam, hoc eſt, criſin, & multus feruor eſt in alto; tunc ſi dederis aliquem cibum ægroto, iam non ob nimium feruorem naturę concoquitur, neque uirtus aut corpus augmentatur, ſed potius inimica & contraria fit ægritudo, magisq; intenditur febris. Meritò ergo præcipit, ut in peracuto morbo fugiamus omnibus modis tenuem uictum, propter rationem, quæ ſuprà dicta eſt.

APHORIS. XX.

VBi non ita eſt, plenius agere licet: tantũ indulgendũ eſt cibo, quanto morbus ipſe ſit ſummo leuior.

Summam Hippocrates curam uitæ hominum tuendæ adhibens, quũ præcepiſſet tenuiſſimum uictum, ne auditores de omnibus morbis intelligerent, addidit: Vbi autem non ita eſt, puta morbus peracutus, ſed acutus tantummodo, qui poſſit permanere uſque ad quartumdecimum diem, plenius agere licet, hoc eſt, uictum tenuem dare, quod eſt, cremorem ptiſanæ, aut halicæ, & uitella ouorum. Tantum, ait, indulgẽdum cibo, hoc eſt, tantum deſcendendo à ſummo uictu & exquiſito, quanto morbus leuior eſt, id eſt, quantum acutiſſimus morbus qui finitur quarto die, aut ſepti-

mo,ab eo qui finitur quartodecimo, aut uigesimo,& si multum,uigesimoseptimo:tantũ tenuis uictus à pleno distabit.

APHORIS. XXI.

QVum uerò morbus consistit suo uigore,tunc tenuissimo uictu uti necesse est.

Hic Aphorismus ad uictus pertinet rationem. Vult enim ut cognoscant medici,nõ solum morborum habendam esse solicitudinem,& præcautionem,sed & temporum distinctiones in omnibus affectibus perspiciendas. Nam omnis ægritudo,siue tarda siue acuta est, quatuor tempora sua habet,Initium,augmentum,statum, & declinationem.Atque id Hippocrates innuit: Vbi nõ est acuta,inquiens,aut peracuta,sed longa,nõ coerceas ęgrum à cibo in initio:sed dum uenerit ad statum,tunc ipsum abstrahe.Quòd si illum uolueris per initia cibo abstinere, non poterit per uires ad statum uenire.In statu cibo interdicito,ut uacet natura,ad expellendos humores,& nõ concoctionem ciborum.

APHORIS. XXII.

AEstimãdum etiã colligendũq; est, an æger possit eo uictu quẽ prȩceperis,obdurare ad cõsistendi uigorẽ usque

que ęgrotationis: et illę ne potę deficiat, nec durare possit ea ipsa uictus ratione, an morbꝰ antè deficiat atq; hebetescat.

Vt cautum faceret pro ratione quam superius diximus, addidit: Aestimandum est, an æger possit obdurare, hoc est, an æger præ numia debilitate non sufficiat tolerare inediam, egestio ipsa denunciat. Si fortis fuerit, & obdurare poterit, necesse est morbum prius deficere & hebetescere, hoc est, declinare, & decrescere, & uinci, et naturaliter uictoriã obtinere. Quia uerò recolligunt se uires, attendere debet medicus, ut sciat an fortes sunt, & si possint usq; ad statũ morbũ sustinere. Nam tũc tenuẽ atq; exiguũ uictũ adhibere oportet. Si autẽ debiles sunt, necesse est nos ipsos ægrotãtes reficere: & id est, ob qđ debemus scire, quando sunt debiles, uel quando fortes. Siquidẽ & in prognosticis perfectissimè ipsas agnitiones exposuit, ut attendas excremẽta, hoc est urinas, & deiectiões. Quòd si sunt cõcocte, cognosces uirtutes naturales ualidas esse. Similiter & pulsus si sunt fortiores, & respirationes thoracis rationabiles, scies uirtutes cordis fortes esse. Pari modo, si memoriã uel cogitationẽ integrã habet ęger, uel facile limè in lecto mouet, uel surgit sine animi defectu, cognosces uirtutes animæ ualẽtes existere. Et per hæc omnia deprehendes, poteritne tolerare morbum, an non. At quia, si uolumus uirtutes nutri-

re, ſimul nutrimus & humores, melius eſt continere uirtutes, & nutrire affectum uſq; ad ſtatum, ne ante ſtatū deiiciatur uirtus. Verbi gratia: Aliquis domum ſuam nutantem ſtatuit deiicere: ſed artifices qui hic conſuluntur, ſubiiciunt ei fulcimina, atque ſic tuti domū tollunt. Nam ſciunt continere. Sic itaq; & medicus debilem naturam nutrit cibo, & ſic molitur præſidia.

APHORIS. XXIII.

QVibus igitur ſtatus morbi continuò accedit, iis tenuis uictus continuò præcipiendus eſt.

Quibus acutus eſt morbus, continuò habent ſtatum. Tenuis autem uictus præcipiendus eſt.

APHORIS. XXIIII.

QVibus autem ſtatus poſtea futurus eſt, his cibo ſubtrahēdum eſt. Tempore autē ſuperiore uberius agendum eſt, ut æger ſufficiat.

Quibus longus eſt morbus, longum habent ſtatum. Iſtos autem abſtinere cibo non præcipias, ſed refice propter uirtutes, ne deficiant. Ante ſtatum autem abſtinere conuenit, ne ſubminiſtrent naturæ ad concoctionem ciborum, ſed uacent ad expellendos humores. Superiore autem tempore ſoluto q; morbo, propter uirtutem refice uberius,

ut

ut poſſit ſufferre is qui poſt tantum laborem ad ſuam priſtinam properat ſanitatem.

APHORIS. XXV.

IN acceſſionibus abſtinendũ eſt. Aſſumere enim cibum, nocuum eſt. Et quibus per circuitũ ueniũt acceſſiones, his in ipſa acceſſione abſtinendum eſt.

In hoc Aphoriſmo multi multa dixerunt, aliqui ut nihil faciat, alij uerò alia. Galenus excerpens diuerſorum dicta, ſuam tandem ſententiam protulit in hunc modum: Conuenit ſubtrahere cibum, & curam adhibere. Nam tunc indiget aliquis auxilio, quando ab hoſte ſe uinci uiderit: Sic & natura indiget auxilio medicinæ, quando ſe ſuperari uiderit ab humoribus. Amica eſt enim medicina naturæ: cuius illa indiget auxilio, quando inimicum ingruentem uiderit. Cibi enim ſi accepti fuerint, non corpus reficiunt, ſed morbũ protendunt. Meritò dixit, aſſumere enim cibum nocuum eſt. Quippe tunc inimicum eſt & malum, quãdo infeſtatur natura, maximè ab humoribus. Et quibus per circuitum ueniunt acceſſiones, ut eſt in tertiana, quotidiana, & quartana, uel omnibus quæ periodis intenduntur, his in ipſo acceſſionis die abſtinendum, id eſt, hi nullo modo reficiendi ſunt. Meritò in hoc aphoriſmo, tum in ſecundo eadem repetijt: quia maius peccatum ęgro

tis naſcitur ſi ſe refecerint, non ſolum in acceſſionibus ipſis, ſed & paulò antè etiam, quũ hora ipſi us uenturę cõſtet. Solicitus ergo ſis, ut ieiunus uel uacuus ægrotus, ad acceſſionis horam ueniat.

APHORIS. XXVI.

ACceſſiones conditionesq; à morbis indicãtur, & anni temporibus atq; etiam circuituum ſucceſſiuis incrementis, ſiue quotidie, ſiue uno interpoſito die, ſiue etiam per interualla ampliora eueniant. Necnon per ea quæ ſuperueniunt, iudiciũ accipi poteſt. uerbi gratia: in morbo coſtali, ſi ſcreatio purulenta ſtatim inter initia extitit, breuem fore ægritudinem oſtẽdit: ſin poſtea puruit, longam. Quinetiam urina, aluus, ſudor morbos aut difficilè, aut facilè, aut nullo pacto iudicari finiriue poſſe, aut longos, aut breues fore ſignificabunt.

Tanquam rogatus Hippocrates, quomodo cognoſcamus longos uel acutos morbos, reſpõdit, dicens: Indicantur acceſſiones & cõditiones, hoc eſt, declarantur & oſtenduntur. Conditiones uerò nominauit ſpecies uel agnitiones morborum: qui quales ſint, uel quomodo agnoſcantur, oſtendunt

dunt. Siue enim quotidie, siue die interposito, accessio est, tertiana est, & uelociter ad statum festinat. Quòd si eisdem horis, die quidem interposito, accessio inuadat, uera tertiana est. Si autẽ quotidie ueniat, quotidiana est, & prolixitatem habet. Si uerò interposito biduo uenerit, quartana est, & ualde longa, tardaq;, & statum diu habebit, uel post longũ tempus. Nec minus ualet id quod dixit, Anni temporibus atque etiam circuituum successiuis incrementis, siue quotidie, siue uno interposito die, siue etiam per interualla ampliora eueniant: Nimirũ quartana & quintana, hoc est, qui per circuitum accessiones experiũtur. Quos commemorauit Hippocrates se multoties uidisse in libris quos alij epidemia, alij demia uocauerũt. Sed & tempora anni ostendunt morbũ longum aut brenem fore, hoc est, quia æstas uelociter facit transire morbos, & uer. Nam calor addit illis acumina, hyems uerò uel autumnus tardos uel lentos facit, propter frigora. Sed & ea quæ superueniũt, uult Hippocrates cautè nos obseruare: quia portendunt de his quæ sequuntur, ut in pleuriticis. Et sciendum, signa pleuriticorum quatuor esse, quibus si unum defit, pleuriticus dici non potest. Sunt autem illa, tussis, respiratio difficilis, febris, & dolor acutꝰ. Et quare dolor acutus? Quia membrana costas succingens, turgida intentaq;, cum latere, quod græcè dicitur pleura, cõfricatur: unde nomen acceperunt pleuritici. Sputũ si con-

tinuò per initia apparuerit, breuis eſt: ſi uerò non apparuerit, prorogatur. Sputum quoque in quatuor partes diuiditur: aut enim aquoſum erit, aut ſanguinolentum, aut rubrum, aut nigrum. Rubrum ſi eſt collectum in initio, bonũ eſt. Sanguinolentum ſi eſt collectum in initio, nõ eſt malum: unde frequenter uenam incident. Aquoſum ſi eſt tardum & nigrum, malum eſt. Ob quã cauſam? Quia ſignificat nobis uirtutẽ debilem, quæ illud nõ potuit maturare, & expellere. Nam quicquid nigrũ in interioribus partibus decurrit, ſi ad pulmones migrat, mortem infert. Quod uerò dicit, urina uel aluus, ſciendum quòd ſolidæ atq; principales uirtutes trifariam diuiduntur. In naturalem, ſpiritalem, & animalem. Naturalis eſt, quæ omnes ęgritudines ſignificat per urinas aut aluũ. Spiritalis uerò, quæ in pulmonibus uel reſpiratione eſt. Animalis autem in capite. Quæ uirtutes oſtendunt initium mortis, aut uitę. Semper una duas uincit, aut duæ unam. Sed non ſemper duæ unam: ut naturalis uirtus ſi ualida fuerit, & aluum reddiderit cohærentem, urinas uerò concoctas. Sin autem debiles fuerint ſpiritalis & animalis, ut non rectè æger loquatur aut intelligat, ſpes tamẽ uitæ ſupereſt: quia aliquãdo naturalis uirtus pro priã habet affectionẽ, aliquãdo peregrinã, quod eſt peſſiferum. Ergo quando ſupraſcriptæ duę minantur mortẽ, & naturalis ualida fuerit, erit ſpes uitæ. Si uerò naturalis debilis fuerit, tũc uincunt

duæ

duæ unã, & moritur æger. At ſi ſpiritalis, naturalis & animalis fuerint robuſtæ, ſemper bonũ eſt.

APHORIS. XXVII.

SEnes facillimè ieiuniũ tolerant, mox qui firma ętate ſunt, minùs pueri, minimè omnium infantes.

Interrogandus hic uenit Hippocrates, Quare quũ de ætatibus agat, prius protulerit ſenes quã infantes, aut iuuenes: quum niſi infans fuerit, ſenex eſſe non poſſit? Sed bene Hippocrates prius ſeniorem dixit. Nam omnis finis initium habet, non omne initium finem. Probè ergo Hippocrates prius nominauit ſeniorẽ, ut continuò omnes ſignificaret ætates. Cur autem ſcribit ſeniores facillimè ieiunium ferre? Quia frigidum habent corpus, & non exercitantur. Etenim quanto frigidiorem craſſioremq; humorẽ habent, tanto minor eſt illis appetitus, ut qui ex ipſo humore nutriantur: unde ſi amplius illis offeras, quàm poſſint concoquere, ex ipſo extinguuntur. Quemadmodum lucerna quæ ſolet oleo ſuppetẽte lumen clarum facere, ſi plus olei immittas, quàm conuenit, continuò claritas luminis extinguitur. Mox qui firma ætate ſunt. Eos intelligit qui ſunt iuxta ſeniores. Pueri quare minus? Nimirum quòd, ut iuuenes calidi ſunt natura: & quum exercitio incaleſcunt, tunc calor calori additur: quicquid ergo acceperint, facilius conſumunt. Sed infantes

cur omnium minimè? Quia & humidi ſunt, & excrementur ſuo modo: deinde, quia ad cæteras ætates feſtinant: & niſi adiectis cibis, creſcere nõ poſſunt. Vnde infantes dicuntur eſſe quales porcelli, qui mox ut acceperint cibum, continuò illum cõcoquunt. Sed cúrnam infantes cibũ aſſumunt? Quia ſine hoc nullo modo poſſunt eſſe.

APHORIS. XXVIII.

EOrumq; ipſorum qui animo ſunt propenſiores.

Quod dicit, eorum ipſorum qui animo ſunt propenſiores, tale eſt: Maximè illi eorum uexantur, qui animo ſunt ad epulas propenſiores, uel q multum eſuriunt uel petunt. In iſtis uerò multus feruor cognoſcitur, qui eos exacuit, & corpora deſiccat, facitq; famem, & multi cibi appetitum. Merito igitur plus ipſi, quã alij uexantur ieiunio.

APHORIS. XXIX.

QVi increſcunt, plurimum caloris innati obtinẽt, itaq; plurimo cibo indigent. Alioqui corpus abſumitur.

Sciens Hippocrates obſcurius ſe in præcedente aphoriſmo loquutum, uoluit hoc ipſum clarius exponere, & dixit, Quòd omnes qui increſcũt, nempe infantes, plurimũ caloris innati obtinent, id eſt, feruoris naturalis: plurimo ergo cibo indigent

gent. Alioqui corpus conſumitur. Sed neceſſarium eſt explicare, quomodo cõcipiatur infans, in utero, ex ſemine uiri & mulieris cõmixto in uulua: ut intelligamus, quo pacto infantes qui humidi ſunt, feruorem habeant naturalem. Sed prius exponenda eſt compoſitio uuluæ. Ora ipſius grẽcè dicuntur pterogomata, mediũ uerò nimphẽa: habet etenim ceruicem, pectus, & fundũ. At qua ratione in tali ſtructura poteſt uſque ad fundum pertingere ſemen? dum aliqui uirorum penem gracilem habeant, aliqui breuem? Sciendũ ſic matricem illud exugere, quemadmodum ceruus ad orificium cuniculi, appoſitis naribus, inde extrahit ſerpentem. Ergo Hippocrates compertum habens in talibus concauitatibus contineri infantẽ, neceſſariò dixit, infantem dum æditus fuerit, uſque dum immutet ætatem, plurimum habere caloris innati, unde & plurimo cibo indiget, qui adhuc ex utero matris contineat calorem. Notandúmque quatuor eſſe uirtutes, quæ ſiue dormientibus ſiue uigilantibus nobis ſemper ſuo fungũtur officio. Nomina uerò earum ſunt hæc: una attractrix dicitur, quã græci ἑλκτικὴν uocant: & altera retentiua, quæ continet cibum, græci καθεκτικὴν: tertia alteratrix, quæ dicit ἀλλοιοτικὴ, quæ reſoluit illum: quarta expultrix, cui nomẽ græcũ ἀποκριτικὴ quæ expellit illum. Hæ quatuor facultates, ubi nõ habuerint qd̃ conficiant, ipſum corpus cõſumũt.

APHORIS. XXX.

SEnibus uerò parum caloris ineſt, & ob eam rem paucis egẽt fomitibus: quippè qui à multis oppreſſi, extinguantur. Hinc etiam febres non æquè acutæ ſenibus accidunt: corpus enim eorum frigidum eſt.

Bene Hippocrates candidi uiri & humani officio functus, uoluit ſingula exponere. Nam ſicut in ſuperiore aphoriſmo ſermonẽ de infantibus habuit, qui creſcunt: ſic & nũc ordine de ſenibus inſtituit: parum caloris eis ineſſe dicẽs, & ob eam rem paucis egent fomitibus, hoc eſt, modico cibo ſatiantur. Et deinceps tanquã interrogatus, hanc reddit rationem: Quippe qui à multis oppreſſi extinguantur, ſicut antea diximus de igne. Meritò ergo & febribus acutis non comprehenduntur, quia frigidũ eis eſt corpus. Sed cur frigidum? Nulla alia de cauſa, niſi propter calorem naturalem, quem habent exiguum ac modicum.

APHORIS. XXXI.

VEntres hyeme & uere natura caliditſimi ſunt, & ſomni longiſſimi. Itaque per ea tẽpora cibi dari copioſius debent. Caloris emm̃ natiui copia magna

ineſt

ineſt, ut cibus proinde plenior requiratur. Argumento ætates ſunt & athletæ.

Rogandus nobis eſt Hippocrates, quum dixerit concoctionem non niſi calore fieri, quomodo nunc ponit, hyeme & uere multum nos appetere, multúmque concoquere, quum tempus per ſe frigidum euaſerit? Et quid ſomnus ad uentrem faciat? Bene autem Hippocrates hoc ſubiunxit, qui ſciret non ſolum ætates, ſed & tempora conuenire, docétque nos uictus ratione. Etenim hyeme & uere plus appetitur & concoquitur, quàm æſtate uel autumno, quia calor naturalis in uentriculi concauitate, in qua maximè continetur, ſicut dictum eſt, hyeme & uere plurimum abundat: eò quòd hyems frigida ſit, & uer eſt ei uicinum: hanc ob rem neceſſe eſt, ut cauernæ illæ inuiſibiles, quas poros appellant, concludantur & omnino conſtipentur. Atque hinc feruor noſter naturalis non inuenit per quod exhalari & egredi poſſit. Continet ergo omne quod eſt intrinſecus, & celeriter obit ciborum concoctionem: ceu princeps & dominus, qui cuncta diſponat. Meritò ergo plurimum cibi appetimus eo tempore, quòd, ut dictum eſt, feruor maximus uel ſpiritus uitalis intrinſecus abũdet. Tum quia noctes prolixiores tunc ſunt, ſomnúſque multus accidit. Eſt quidẽ ſomnus requies totius corporis, in q̃ conquieſcunt conſuetæ operationes. At quia in ſo-

mno natura cũ uirtutibus obit concoctiones, un de nutrimentum neceſſariò accedit corpori: ratio eſt pro his omnibus concoctionem ciborum ma gnam fieri. Et ſi quid ſuperfluum uel alienum in corpore noſtro permanſerit. in, ſomno coquitur, uel deſiccatur. Nam, ſicut dictum eſt, natura cum uirtutibus in ſomno & quiete operatur ea quę ad ipſam pertinent: ſicut in uigilijs, anima cum ſuis uirtutibus. Et ut hæc uera teſter, exemplum uo bis proferã. Sicut pueri & infantes, ob plurimum caloris innati feruorem, multum appetũt cibum, & concoquunt: ſic & ſeniores pro paruitate calo ris facillimè & libenter ieiunia ferunt. Sed & ath letis exercitis creſcit feruor, & quicquid come dunt in ipſo labore, concidit conſumiturque. Vn de ipſi plurimũ cibi appetunt. Pro hac re coactus eſt Hippocrates addere & ætatum, & athletarum teſtimonia: ut ſua in omnibus uera teſtaretur & confirmaret.

APHORIS. XXXII.

VIctus omnibus febricitantibus hu midus proficit; ſed præcipuè pue ris, & his qui ita uiuere conſueuerunt.

Quæſtio nobis oboritur in initio Aphoriſmi, quare prius humida ad febrem præceperit? Nam quia febris calida eſt & ſicca, frigida potius dicere debebat, quòd à contrario remediũ eſt. Sed præ uidens Hippocrates, quòd plus offendit extenu-

atq;

atq; ſiccitas quàm calor, uictum præcepit humidum, hoc eſt, oua ſorbilia, lactucas, ptiſanam, & cætera ſimilia. Puerorum uerò ætatem ideo commemorat, quia plus ſiccitate moleſtantur. Conſuetudinem quoque requiſiuit: ut ſi quis dum ſanus eſſet, tali, uerbi gratia, uſus eſt uictu, hic maximè ipſi in febribus conuenit.

APHORIS. XXXIII.

ET quibuſnam ſemel aut bis aſſumẽdum ſit, et pluráne an pauciora, particulatim animaduertendum. Tempori etiam, ætati, & regioni, & conſuetudini aliquid impartiendum eſt.

Subdit Hippocrates indagãdam à medico conſuetudinem comeſtionis ſanorum atq; languentium, ut poſſit cõgruum offerre cibum: uerbi gratia, aliquis ſolitus eſt comedere mane & ueſperi, alius uerò quater die, alius ſexies, alius decies, ut agricolæ. Idq; intelligendum quadrifariam: aut enim edit multum & rarius, aut multum & ſæpius, modicum & rarius, modicum & ſæpius, ſeruatis conſuetis horis, imminuta tamen quantitate ciborum. Finge laborantem cauſone aut ſinocho, qui non habet declinationẽ, huic ſi uolumus addere cibum, ægritudinem augemus: ſi non damus, uirtutem minuimus. Quid ergo faciendum eſt? Interrogemus quibus horis ſolitus ſit refici, &

eadem hora eum reficiamus tenui cibo. Nam natura cum operationibus ſuis requirit conſuetudinem, & conſeruatur ab ea. Etenim quinq; res ad cibum offerendum requiruntur, conſuetudo, uirtus, concoctio, copia ciborum, & modus aſſumptionis. Exempli gratia: Poma qui habet ad prandium, poſt omnes alios comedat cibos. Qui autem fit ut in cœna prius aſſumãtur? Nimirum ut acredinem ſuperius contractã temperent. Sic denique inquires, quo tempore ſit ægritudo, æſtate an hyeme: regionem, calidáne ſit an frigida: ætatem, iuuenis an ſenex: conſuetudinem, ut diximus, quibus horis ſolitus ſit reſici. Nam conſuetudo altera eſt natura. Et conſuetudo naturam, & natura conſeruat conſuetudinem.

APHORIS. XXXIIII.

CIbos æſtate & autũno difficillimè ferunt, hyeme facillimè, mox uere.

Controuerſia nobis hic cum Hippocrate oritur: Calor, dixit, cõcoctionem obit, nunc autem æſtate non cõcoquere nos ſcribit, hyeme uerò facillimè: quum æſtas calida ſit, humorq; calidus in ea præpollet, humor autem frigidus tempore frigido. Sic ipſe ſibi nõ conſtare uidetur. Sed nos exemplo illius dictum confirmabimus, ne tantum talemq; uirum naturæ & ueritatis amicum, mendacij inſimulemus. Pone æſtatem, ceu aquam frigidam: hyemem uerò, calidam. Sic itaque ſunt & corpora

corpora noſtra: æſtate omnis calor foras emanat, duobus modis. Vno, quia aperti ſunt pori. Altero, quia confugit calor ad ſimilem ſibi aërem: ſicut in Amphitheatro cum dimittũt ſimilem ad ſimilem, ſemper alius ad alium confugit: quia ſimilia ſimilibus gaudent. Hyeme enim cõſtipatio fit meatuum, & calor interiore parte concluditur, & illic concoctionem maximam operatur. Autumnus ſimile aliquid habet cum æſtate, uer cum hyeme. Ideo hæc comparauit illis, quia ſibi inuicem uicina ſunt.

APHORIS. XXXV.

QVi per circuitus acceſſionum exacuuntur, his nihil eſt dandũ, nec aſſumere quicquam cogendũ, ſed adiectiõi ſubtrahendũ eſt ante iudicationẽ.

Circuitus ſpacium eſt, quod ab hoc ad aliud intercedit, ut eſt tertianus qui die interpoſito cõmouetur. Id ſibi uult quod dicit Hippocrates, ut die commotionis, hoc eſt acceſſionis cibum non des, quia natura contendit: duobus enim ſeruire non poteſt, humori & cibo: uincit enim potius, quàm ipſa uincat. Subtrahere oportet, ſeu per nares, ſeu per ſudorem, ſeu per urinam, ſeu per ſeceſſum, ſeu menſtrua. Adiectionem autẽ uocat quãtitatem ciborum, antè quàm iudicatio fiat.

APHORIS. XXXVI.

QVæ iudicantur aut iudicata ſunt, pari dierum numero, nõ mouere, neq; nouare uel medicamentis, uel alijs incitamentis, ſed ſinere debes.

In hoc aphoriſmo multi multa ſenſerunt. Alij quidem, quòd in die decretorio cibum dari non iubeat Hippocrates: Alij uerò diem parem dicunt duo & quatuor. Nec id eſt quod author intelligit. Galenus enim exponit, cuius ſententiam ueram eſſe credo. Parem rem dicit eſſe, quando ſoluta fuerit per ſolam naturam ægritudo. Vnde & uulgaris ſermo eſt, Parem habe tecum, hoc eſt, cõgruum & conuenientem dilige. Ergo id eſt quod admonet: dum iudicata fuerit ægritudo, natura debilis inuenitur. Poſt talem ac tantum laborem nihil iubet fieri, ne fortè ipſa ægritudo iteretur: neque medicamentum aliquod excogitare, hoc eſt, noui aliquid, uidelicet aut uenæ inciſione, aut clyſtere, aut uomitu, aut potione calefactoria ad ſudorem, aut diuerſis purgare cauendum eſt, poſt criſin. Sed ſufficiat naturæ quod per ſe effecerit. Nam plus eſt quod facit natura, quàm quòd ars. Sinere enim præcipit, hoc eſt, quieſcere naturam permittere.

Aphor

APHORIS. XXXVII.

QVæ euacuanda ſunt, eò duci debent, quò maximè natura commodè tendit. Deiectiones non copia æſtimandæ ſunt, ſed eo quòd talia deiiciuntur, qualia deiici oportet, & facilè æger fert. Atque ubi ad animæ defectionem uſque ducendum eſt, ita agendum, modò æger durare poſſit.

Intellectus aphoriſmi eſt: quæ uacuanda ſunt, euacuẽtur quò natura commodè tendit. dictum eſt, ut unuſquiſque humor per ſuum congruum locum deſcendat: ut ſi ad uentrẽ tendat, per uentrem: ſi ad ſtomachum, per uomitũ educatur. Sic & alia. Copiam uerò non æſtimare oportet: uerbi gratia, ingreditur ignarus medicus, exhibet auxilium quod per uentrem purget, purgat tres ſextarios: nihil proficit naturæ, quia non depoſuit contrarium humorem. Accedit enim peritus medicus, & non conſiderat copiam quam purgauit, & iterat purgationem, & dat humori delinquenti propriam, unde hemina deiicitur: continuò facilè fert natura, quia leuata eſt inimico. Ergo id eſt quod dicit: Qualia deiici oportet, talia deiciantur, & facilè æger fert. Videamus in quibus & in qualibus morbis iubet uſque ad defectum inanire corpus. Nimirum in tribus, in mediorũ tumo-

re,cauſone febre,& dolore pedum.Et cur in tumore mediorum? Quia ex putredine fit,ergo ad defectionem ducendum præcipit:quod ſignum eſt,abundantiam eſſe ſubtractam.In cauſone uerò tandiu iubet uenæ ſectione detrahi,uſq; dum animus deficiat. Galenus refert quendam hominem uenã incidiſſe laboranti cauſone,qui dolore excruciabatur.Cui dixit Galenus:homo occidiſti febrem.In dolore pedũ duobus modis prodeſt.Vno,quia ſubtrahitur materies:Altero, quia dum excruciantur,doloris obliuiſcuntur. Et hoc quoque iubet fieri,ſi uirtus ualida fuerit: Si uerò imbecilla,nullo modo.

APHORIS. XXXVIII.

IN affectibus acutis rarò,& inter initia utendum medicamento euacuatorio eſt:id que adhibito diligenter examine faciendum eſt.

Hic aphoriſmus ſuperiori iungitur: & id ſibi uult,ut niſi in peracutis,id eſt,nimium acutis affectibus,per initia præſidium non adijcias. Nam in his ſi differre uolueris,ad ſtatum non perueniunt.Perſpectum enim hoc eſt,ut niſi quod natura exigit,nunquam purges: & nunquã in initio acutarum,ſed peracutarum.

Aphor

APHORIS. XXXIX.

SI quale purgari oportet, tale purgatur, prodeſt, & facilè fertur: ſi contrà, difficulter.

Intellectus huius aphoriſmi talis eſt, ut ſi qualia oportet purgari, purgẽtur, commodum eſt. Si uerò ſuperflua purgata non fuerint, contrà.

LIBER SECVNDVS.

APHORISMVS PRIMVS.

IN quocunque morbo ſomnus laborem affert, letalis eſt. At ſi iuuat, letalis nõ eſt. Vbi ſommus deliriũ tollit, bene eſt: ubi delirium affert, malè eſt.

Interrogare Hippocratem poſſes: Quum ſomnũ laudauerit, quòd totius corporis eſſet requies, cur nunc dicat ſomnum laborem adferre? Hoc reſponſum accipito. Nõ quòd laborem ſomnus præſtet: ſed talis eſt dicendi modus hoc in loco, ut illud quod ſolet temperare ſæpiſſimè laborem, & quo irrepente non meminit laboris ęgrotus, quũ diſcederet penitus à conſuetudine, diceret adferre laborem. Morbum uerò ægritudinem dicit. Si

quis ergo in ægritudine conſtitutus, aut dolore imminente, aut in phrenitide dormierit, ac deinde ſomnus non imminuerit affectũ, mortale eſt. Simili modo, ſi non dormierit. At ſi ſomnus acceſſerit, & imminuerit affectum, non eſt letale. Sic denique ſi decreuerit alienatio, & ſomnus accedens eam imminuerit alienationem, bonum eſt. Si uerò fuerit ſomnus, & ſuperuenerit alienatio, mortale eſt.

APHORIS. II.

SOmnus aut uigilia, ſi alterum modum exceſſerit, letale eſt.

Rogare hic oportet Hippocratem: Si ſomnus malus eſt, & uigiliæ malæ ſunt, quid exiſtens bonũ ſit. Sed uideamus, in quibus ætatibus ſomnus aptus eſt, & contrariæ uigiliæ: & in quibus uigiliæ commodæ, & ſomnus contrarius. Item diſquiramus certam rationem, an ſomnus ſecundũ naturã bene cedat: ultra naturam, malè tutetur. Inſpiciamus quæ uigiliæ naturales ſint, quæ præter naturam. Sciendum eſt, ſomnum iuuenibus bonũ eſſe, cõtrarias autẽ uigilias. Vnde frequẽter iuuenes phreniticos incurrũt affectus, nimio calore & ſiccitate. Senioribus autẽ & infantibus contrarius eſt ſomnus. Vnde ſeniores ſæpius in puerilem memoriam (ut dici uulgò ſolet) aut in obliui oſum lethargum, aut caron, aut coma, aut turpiter depilatum occipitium incurrunt. Omnia hæc mulieribus

mulieribus grauius & turpius contingunt: quia naturaliter plus ſunt humidæ quàm uiri. Quum enim nimis dormiunt, quod illis contrarium eſt, uetuli ac uetulæ, neque exercentur, neque firmantur neruis, reſidente nimio humore, aut lacerantur ſæpe mente, aut deturpãtur carnis ſuperficie. Infantes autem qui humidam ſimiliter habẽt naturam, incurrunt in hæc mala: quia in interiore parte cerebri, detinetur ipſe humor: & aliquando non niſi poſt multos annos loquuntur, aliquando uerò detinentur imaginationibus, unde aliqui uociferantes dæmoniaci efficiuntur. Naturales autem uigiliæ ſunt conſuetæ: ut in illo qui conſueuit uigilare & omne opus adimplere: præter naturam uerò uigiliæ ſunt, ut in phrenitico affectu. Somnus uerò ultra naturam eſt, aut in obliuioſo lethargo, caro, comate, & in cæteris ſimilibus affectibus. Secundum naturam eſt ſomnus, ut ſi quis conſuetis horis obdormit, poſt cibum: deinde uerò ſurgens adimplet officia naturæ, concoctiones omnes & egeſtiones obit per uentrem, ſputum, urinam, & cętera ſimilia. Hippocratis enim ſermo fuit de eo qd naturam excederet.

APHORIS. III.

NOn ſatietas, non fames, nõ aliud quicquam, bonum eſt, quod naturam excedit.

Scito naturam neque maius neq; minus uelle, ſed ſemper gaudere modo. & hoc dicit: Si ſatietas naturam excedit, malum eſt: Si fames, ſimili modo. Non ſolum Hippocrates de ſatietate dicit, aut fame: ſed omne quod ſecundum naturam non eſt, malum eſt.

APHORIS. IIII.

LAſſitudines ſpõte euenientes, morbos pronunciant.

In hoc aphoriſmo uariant ſententiæ. Aliqui dixerunt, ſpontaneum eſſe, quod ex natura eſt. Alij alia ſenſerunt. Galenus exponens locum iſtum, ſic ſcribit: Spontaneum eſt, quũ abſque motu præcedente talis diſpoſitio oritur. Exempli gratia: Quum ægrotus medico accedente, dicit, Sic doleo, quaſi centũ miliaria emenſus eſſem, aut tanquam me fuſtibus aliquis cecidiſſet: Interrogat illum medicus, Nunquid per æſtũ ambulaſti? Nunquid iter longũ peregiſti? Aegrotus dicit, non. Medicus pronũciat, Manifeſtum eſt hæc ſigna præcedere acutas febres: Nunquam enim diſpoſitio aliqua fit, niſi cauſa præceſſerit. Præceſſit dolor, quem Hippocrates laſſitudinẽ ſeu laborẽ appellat, qui fit ex humoribus abundantibus, & ſubſequitur affectio.

Aphor

APHORIS. V.

QVicunq; parte corporis aliqua laborantes, laborem ipſum magna ex parte nõ ſentiunt, his mens ægrotat.

Rogare Hippocratem poſſis, qui teſtetur cere brum non pati, quomodo nunc dicat, his mens ægrotat: quum in cerebro ſit mens, in mente memoria, & per memoriam ſentiamus? Sciendum ti bi eſt, Hippocratis dicendi modum, quinque mo dis capi. Hic figuratus eſt, ut à parte diceret totum quũ mentem nominaret. Notãdúmque id quod interpres de quodam philoſopho refert, cuius no men honoris gratia ſubticuit: hunc ait phantaſia correptum, & ſenſum perdidiſſe, adeò, ut dice ret diſcipulis ſuis: Mittite foras citharœdos, qui re ſident in angulo domus meæ. At illi præuidentes phantaſia ipſum laborare, manibus foras ſe proij cere eos ſimulabant. Simili modo & Galenus in prognoſticis ſuis teſtatur, quendam ex nimio ſtu dio memoriam & rationem perdidiſſe, adeò, ut aduenies Romam ad pontem lapideum, in ali cuius domum qui hoc detinebatur affectu, diuer teret, Lanarius illic pectebat lanã: qui foris erant, dicebant ei, eijce nobis aliquid: at ille cœpit res ſu as per feneſtram proijcere: poſtremò dixit illis: Si uultis proijciam uobis iſtum lanarium. Reſpon derunt: Si habes, proijce. Et comprehenſum eie cit illum feneſtra, atque ſic mortuus eſt. Comites

eius, qui antea ridebant, in luctum poſtea cõuerſi ſunt. His oſtenditur particulam cerebri pati. Sed reuertamur ad rem inſtitutam. Dolor tribus modis non ſentitur, aut paruitate, aut obliuione, ut in Heremitis qui obliuiſcuntur doloris, & non illum continent. Vnde & aliquando dicunt, quum non dolent, oblitus eſt noſtrûm deus noſter. Aut nimietate, quando in nõ ſentientis corpore mens ægrotat, quum antea ſenſerit dolorem.

APHORIS. VI.

QVæ longo temporis ſpatio extenuãtur, lentè reficienda ſunt: quæ breui, breuiter.

In tria principalia corpus noſtrũ diuiditur, in ſpiritum, humida, & ſolidas partes. Humida ſunt humores, per quos nutrimur: Spiritus, per quem uiuimus: Solida, per quæ conſeruatur corpus atq; ſuſtentatur, id eſt, arteriæ, nerui, uenę, oſſa, & alia id genus. Videamus quæ ſit repẽtina extenuatio, quę citò reparari poteſt. Subductiõe uentris multa crebráque extenuantur, tanquam ſi triginta dies ęgrotaſſent. Hi quoque citò reparantur, quia humida uirtus depoſita eſt, ſolida conſtant, & ſpiritus ſimili modo. Ingredientes balneum, & nimium immorantes in aëre, cum inutilibus ſimul & utilia emanant, hoc eſt, cum ſudore, & ſpiritus. Itidem deſcendentes in frigidans ſolium, citius re-

creantur

creantur. Frigiditas enim aquæ condenſat ſuperficiem pororum, & coadunat ſpiritum, & ſubita erit refectio. Longa item ægritudine laborantibus omnia extenuantur. Itaque tanto tempore reficitur ſpiritus, quãto humores extenuati ſunt: quanto arteriæ, aut uenæ, aut nerui, aut oſſa, quæ deſiccata atque extenuata ſunt. Dum ergo iſta omnia reficiantur, longo tempore opus erit: & recreari à morbo non ſtatim poteſt, ſed tardius.

APHORIS. VII.

SI quis à morbo cibum aſſumens nõ corroboratur, plus cibi quàm ſatis ſit aſſumi ſignificatur. At uerò ſi non aſſumẽti ita euenit, euacuatione opus eſſe ſciendum eſt.

Hippocrates cauſam exponẽs, curationẽ oſtendit. Senſus uerò iſtius aphoriſmi ſignificat illos, qui poſt ægritudinem conſaneſcunt. Bene igitur à morbo dixit. Tribus nanque punctis homines aut ægroti, aut ſani fiunt. Prius enim ſanitas eſt, inde neutrũ, pòſt ægritudo. Nunquam enim quis ægrotꝰ eſt, niſi prius à ſanitate per neutralem partem in morbum decidat. Nunquam ad ſanitatem reuertitur, niſi prius ab ægritudine per neutrum ad ſanitatẽ redeat. Id ſibi Hippocrates uult. Si quis à morbo cibum aſſumens nõ corroboratur, plus cibi quàm ſatis eſt, aſſumi ſignificatur. Virtus im-

becilla ad concoctionem obeundam, excretioni magis indulget: & quũ excretio maior fuerit, co n coctio minima accedit: quúmque minima fuerit, nutrimentum naturæ non eſt. At ſi pauciora aſſumenti id euenit, euacuatione opus eſſe ſciẽdum eſt. Euacuatio autem nullius rei alterius eſt, quàm repletionis.

APHORIS. VIII.

COrpora quæcunq; purgare libuerit, fluida ea facies.

Huius aphoriſmi uaria eſt ſcriptorum interpretatio. Aliqui dixerunt, fluida facere, eſſe abſtinere, uel ciere uomitum radicibus, uel ſubducere uentrem: Alĩ alia. Galenus uerò iſtum exponens locum, ita ſcribit: Idcirco Hippocratem dicimus ſuo adieciſſe ſermoni, ubi quis purgare uoluerit corpora, fluida ea faciet. ac ſi dixiſſet, ſiue per uomitus, ſiue per alui ſubductionem, purgare uelis. fluidum faciens, optimè purgabis. Manifeſtum eſt igit̃, ex uerbis Galeni, Hippocratem de cathartico quòd habeat ſcammoniam, dixiſſe in hoc aphoriſmo. Sed quum ſcammonia calida ſit & ſicca, bilioſus quoque humor eam habeat temperaturam, & ſimilia ſimilibus gaudeant, quomodo ſimilis ſimilem ſibi deponere poteſt: & non potius contrarium expellit humorem? Ad quod reſpondendum eſt: Scammoniam ex præcedẽte humido uictu uires accipere, ut quæ eſt calida & ſicca, &

ca,& ideo bili ſimilis,contraria qualitate uictus, inuitet & educat humorem.Nam ideo offerimus cibos humidos, id eſt, lactucas, oua ſorbilia, & alia ſimilia,ut dum datum fuerit præſidium, eius qualitas cibi temperantia ualeat. Titillat enim & deponit humorem.Sic item ex contrario, pituita calefit & educitur:melancholicus humectatur atque calefit.Sic nanque eodem modo educuntur humores.

APHORIS. IX.

COrpora impura quò magis nutris, eò magis offendis.

Senſus huius talis eſt:Si quis putredine in ſe collecta,nutriri cibo cupiat,plus offenditur quàm nutriatur. Finge aquã turbidam, huic ſi multam immiſeris aquam,totam inficies,& in putridam conuertes.Item ſi aquæ limpidæ modicam nigritudinem ſepiæ inijcias,corrumpitur illa,& nigra efficitur.Ita corpora humana ſunt. Si parua fuerit putredo,quantumcunq; dederis cibũ,totus in putredinem conuertitur:ideo inanitionẽ expoſcit.

APHORIS. X.

POtu quàm cibo expleri facilius eſt.

Hic uaria interpretes opinati ſunt.Sed ita hæc exponenda ſunt:Si quis poſt ægritudinẽ uult reſici, potu potius reficiatur,quàm cibo. Quæres: quare potu magis quàm cibo?aut de quo potu di

cit: quia & aqua potus eſt. Scito, ſi uolueris cibum offerre ad ſaturitatem, uirtutem non eſſe quæ illum concoquat. Subtilior autem potus cibo eſt, & citò replet. Finge tres ueſicas, in unam mitte aquam, in alteram oleum, in tertiam uinum: plus tenditur quæ uinum habet, quàm illa quæ aquã: plus illa quæ oleùm, quàm illa quæ uinũ. Et quia ipſum uinum trifariam diuiditur, eſt enim album & tenue, rubrum & medium, nigrum & pingue: Hippocrates modò non tenue dari iubet, ſed rubrũ. Quare nec illud, nec aliud? Quia tenue plus in urinam trahitur, quàm ad nutrimentum: Nigrum tardè cõ coquitur. Rubrum uerò iubet dari, quod Romani centria cauponis appellant. Quid ita? Quòd non in concoctione moratur, & nutrimentum corpori mediocriter miniſtrat.

APHORIS. XI.

QVæ per morbos relinquũtur à iudicatione, faciunt recidiuam.

Nunc Hippocrates admonet: Si quis poſt ægritudinem habuerit reliquias humoris, eum quoq; recidiuã morbi habiturũ. Quæras forſan: Quomodo cognoſcere poſſimus morbũ perfectè non eſſe iudicatum. Scito, ſi fuerint ante criticũ diem ſigna congrua præcedentia, id eſt, capitis dolor, & concoctio urinarum, & alia ſimilia iudicata in critico die, ægritudinem recidiuam non habere. Si uerò iſta non præceſſerint, nõ eſt ægritudo per

fectè

fectè iudicata, quãuis cognoſci poſſit & ex habitudine corporis, imbecillitate & uirtute ægritudinis, aliſq; ſignis, quæ oſtendunt reliquias morbi recidiuam facere, aut non.

APHORIS. XII.

QVibus iudicatio inſtat, his nox difficilis eſt, quæ acceſſionem præcedit: Subſequens autem nox facilior magna ex parte accidere ſolet.

Vult Hippocrates, ut par eſt, doctum eſſe medicum. In ſuperioribus igitur docuit de morbis & uictu: nunc neceſſe illi fuit de iudicatione dicere eorundem morborum. Accipiens iſtum locum Galenus, libros exinde commentus eſt. Hippocrates enim breuiter multa oſtendit. Roges, quare noctem dixit difficilem & nõ diem, quum iudicatio pariter & nocte fiat, & die? Dicimus certam rationem, quia ſicut homo ceſſat ab operibus ſuis, ita etiam quodam modo à corporeis ſenſibus, noctis torpore ſimul & horrore occupatus, corporeorum ſenſuum exercitium non habet. Natura enim humana gaudet iis excitari, quorum exercitatione moderata ſolet plurimũ foueri. Quum ergo acuta ægritudine aliquis detineatur, quomodo grauem noctem non habet: quũ hinc ægritudine premitur, hinc uerò torpet adiutorio ſenſuum? Neceſſe igitur eſt, ut nocte ſentiat æger mo

leſtiam: In die uerò quamuis non operetur homo, tamen ſenſus uigilant, & alia officia naturæ. Iterum rogare queas: Quare ante criticum diem perturbatio fit? Nimirum, quia natura uelut iudex reſidet in tribunali, ante quod duo litigantes accedunt: unus ad alterum dicit, En uinco. Alter inquit, nõ uincis, ſed ego. At ubi ingreſſi fuerint, & ſilentium indictum, diſcernit iudex apud ſemet ipſum, & ſic loquitur, Ille uincit. Et quod antea fuit litigioſum, poſtmodum efficitur quietum. Sic itaque & natura ut iudex conſtituitur, uirtus & humores cũ affectu litigant, natura uerò media eſt. dicunt humores: Nos illuc ingredimur, quia noſtrum eſt. Virtus reſpondet: Ego aſſumo tanquam quod meum eſt. Si ſe iunxerit natura cum humoribus, uincitur uirtus. Si uerò ſe iunxerit cũ uirtute, uincuntur humores & affectus, & fit iudicatio ad ſalutem. Sic itaque confidit uirtus naturæ, quemadmodum ſi deploratus homo habeat patronum bonum. Sed quando agnoſcitur iudicatam eſſe ægritudinem? Quando futura nox leuior ſuperuenerit. Magna uerò ex parte dicit: Non ſemper enim id accidit, ſed aliquando.

APHORIS. XIII.

IN profluuijs alui, mutationes deiectionũ iuuant, niſi in praua mutẽtur.

Senſus huius aphoriſmi talis eſt: Si cui reſponderit uenter, iuuat. Nam plus eſt quod facit natura, quàm

ra, quàm quod ars: nisi in praua mutẽtur, hoc est, subito ad dysenteriam, de dysenteria in lienteriam: & istud quoque pessimum est.

APHORIS. XIIII.

VBi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore oriuntur, excretiones considerandæ sunt. Nam si biliosę sunt, corpus ægrotat: Si similes sanis, corpus alere tutum est.

Videamus quid sibi uelint fauces. Indubiè labia, palatum & uua sunt fauces, quæ duobus patiuntur modis, Qualitate aut quantitate. Qualitate, quia palatum nostrum sicut cœlum est positum. Quantitate, quia immoderatus uapor humorum ab inferiori parte ascẽdit superius, & intemperiem in faucibus facit. Nutriri tunc atque temperari debent per cibos. Si ergo fauces ægrotauerint, aut tubercula in reliquo corpore oriantur, excretiones cõsiderandæ sunt. Si biliosæ sunt, humorum abundantia est, & natura purgari desiderat: Si uerò similes sanis, exacerbatio est. Tuberculum corpori obortum cum ualida natura, superfluitatem in superficiem iactauit, ut liberaret uitalia loca. Atque tunc non est necesse purgari, sed nutriri corpus & temperari: quia fessa est tunc natura, quæ illud laborando expulit. Quũ enim laborauerit natura, superflua emittendo, si nutri-

mentum in tempore non acceperit, auxilium am plius debilitat, & potius morti ſuccumbit, quàm uitam retineat. Quãuis ergo natura per tuberculà ulcerationem faciat cutis, tamen ſine periculo eſt mortis. Igitur conſiderãdum eſt, qualis ſit excretio, ſiue bilioſa, ſiue ſimilis ſanis.

APHORIS. XV.

VBi fames eſt, laborandum nõ eſt.

Hunc aphoriſmum uariè interpretantur. Aliqui dixerunt famem eſſe defectum ciborum, aliꝫ alia. Galenus uerò hunc exponens locum, dicit: Qui non ſunt reficiendi cibo, neque illis aliquem laborem iniungere oportet, neque lauari: quia lauacrum attenuationem facit: neque ungi, neq; tunc facere aliquid, neque abſtinere, ſed paulatim reficere.

APHORIS. XVI.

VBi plus cibi præter naturam ingeſtum eſt, morbum id facit.

In hoc aphoriſmo aliud ſenſit Pelops, aliud Lycus. Aliꝫ dicebant: Qui plus cibi præter naturã, id eſt, menſuram. ingeſſerit. Galenus eam ſententiam interpretatur: Inſpicienda eſt cõſuetudo uniuſcuiuſque, quid & quantum ſolitus ſit comedere. uerbi gratia: Aliqui comedunt duas quartas, aliqui quatuor, aliꝫ plures, aliꝫ panem cibariũ, aliꝫ ſpongiam. Is qui ſolitus erat comedere ſpõgiam, ſi aſſumat

ſi aſſumat cibarium, læditur. Sic item qui ſolitus erat comedere cibarium, ſi ueſcatur ſpõgia, offen ditur. Tria uerò obſeruanda ſunt, unde proficiũt corpora noſtra, puta concoctio, excretio, & nutri mentum naturæ. Quoties ergo maior fuerit ex cretio, minor erit concoctio. Quoties concoctio maxima fuerit, excretio penè nulla eſt. Quum ex cretio minor eſt, nutrimentum naturæ maius eſt. Id Hippocrates inuuit: Vnicuique, inquiens, tan tum offer, quantum cõcoquere ſufficiat. Nam po teſt fieri, ut multum comedat homo, & plus excer nat, quàm nutrimentum corporis proficiat. Vn de inueniuntur etiam aliqui qui multum come dant, & tenues ſunt. Ergo tantus neceſſarius eſt ci bus unicuique, quantum ipſum concoquere ua leat. Sin uerò amplius ingerit, morbos generat.

APHORIS. XVII.

MAnifeſta igitur curatio. Qui co pioſè & celeriter aluntur, ij celeri ter quoque excernunt.

Hic aphoriſmus ſenſum talem habet: Si quis comedit tantum, quantum ualet concoquere & excernere, & nutrimentum naturæ implere, bo num eſt. Si tamen & facilis ſit uenter, optimum eſt, & argumentũ eſt, ſalubre eũ corpus habere.

APHORIS. XVIII.

ACutorum morborũ præſagia non in omnibus ſunt certa, neque ſalutis, neque mortis.

Quæſtio hic oritur: Quomodo Hippocrates, quũ teſtetur in aliis ſcriptis, ſcienda medico præſentia, præterita, & futura: nunc dicit, non poſſe prædici, neque uitam, neque mortem. Videamus ergo quo argumento Hippocrates dicat, ne ipſum damnare uideamur. Probè enim noſtis, ſuprà nos expoſuiſſe, quòd quadrifariam diuidantur omnes ægritudines, hoc eſt, in acutas & peracutas, medias, & longas. Nunc autem de acutis dicit author & peracutis. Sed conſideremus, quas acutas dicat, quæ cum febre ſunt, aut ſine febre, aut quibus locis innatas. Sciendum de pleuritica & ſynanchica ipſum ſenſiſſe. Pleuritica paſſio iuxta uitalia fit loca: quæ quum ſubitò trahitur ad pulmonem, fit peripneumonia, & transfertur ex acuta ad peracutam: & propter iſtam mobilitatem, Hippocrates dubium uoluit eſſe medicum, ne in aliquo fallax inueniretur. Sic item angina eſt affectio, quæ fit in ipſo principio nutritorii loci, uel uitalis: quæ dum emendari uidetur, tunc recidit ad pulmones, & mortem infert. Et in mutatione de loco in locum dubium eſt. Ideo Hippocrates noluit prędicere medicum, neque ſalutem, neq; mortem.

Aphor

APHORIS. XIX.

QVibus iuuenibus adhuc aluus humida eſt, his ſeneſcentibus ſiccatur. Contrà, quibus iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt, his ſeneſcentibus humectatur.

Sæpe euenit, ut aliquis in iuuentute aſtrictam aluum habeat, & in ſenectute humidam: Sic item in iuuentute humidam, & in ſenectute aſtrictam. Ergo ſi habitauerit in regione calida & ſicca, & cibis talib⁹ uſus ſit, quis ignorat talem eſſe iuuenē? Omnia ſiquidem talia ſolent aſtringere. Immutata uerò ætate, neceſſe eſt, ut omnia immutentur, & humentem habeant aluum. Nam bilioſis ſiccus per inmutationem ætatis uictus, à frigida pituita temperatur: & humectatio ex ea temperatura fit, unde alui ſolutio. Vt iuuenis uerò ſolutum habeat uentrem, ſitu regionis accidit, & ciborum copia: quia à bilioſo incitatur contentiua uirtus, & ſolutionem facit uentris. In ſenectute enim immutatio fit, quòd pituita ſoleat conſtringere & conſtipare.

APHORIS. XX.

QVicunque morbi ex repletione fiunt, uacuatione curantur: Quicunq; uacuatione, repletione. Eodemq;

modo cæterorũ cõtraria remedio ſunt.

Vult hic Hippocrates oſtendere, quo modo apud eum ſit definita medicina, docétque morbos ex inanitione factos, repletione: & ex repletione creatos, inanitione tolli. Igitur ſi per omnia contraria eſt inanitio repletioni, & repletio inanitioni, rectè & nos conſentimus, quòd ab Hippocrate amico naturæ & ueritatis, bene ſit definitũ. Et non ſolum hoc, ſed & omnia contrarijs curabuntur auxilijs.

APHORIS. XXI.

MOrbi acuti intra quartũdecimum diem iudicantur.

Vult Hippocrates per iſtum numerum, qui ad medicinam pertinet, oſtendere criticum diem, id eſt, iudicationem ægritudinum: & in exemplum adfert acutam paſſionem, inquiens quatuordecim diebus iudicari. Quærẽdum nobis eſt, quare hoc dixerit, quum nos offendamus acutam, qualis eſt pleuritica affectio, uſque ad quadraginta dies protrahi. Diſcurramus ergo per iſtum numerum, ut poſſimus reperire rationem Hippocratis, & dictum. Sciendum itaque, quòd primus dies quartum prænuntiat, quartus ſeptimum, & ſeptimus nonum, & nonus undecimum, & undecimus quartumdecimum, & quartuſdecimus decimumſeptimum, & decimusſeptimus uigeſimũ primum

primum, & uigeſimusprimus uigeſimumquartum, & uigeſimuſquartus uigeſimumſeptimum, & uigeſimuſſeptimus trigeſimumprimum, & trigeſimuſprimus trigeſimumquartum, & trigeſimuſquartus trigeſimumſeptimum, & trigeſimuſ ſeptimus quadrageſimum. Et ueniũt numeri quatuordecim, quos Hippocrates diſpoſuit, hoc eſt, unum, & quatuor, & ſeptem, & nouem, & undecim, & quatuordecim, & ſeptendecim, & uigintiunum, & uigintiquatuor, & uigintiſeptem, & trigintaunum, & trigintaquatuor, & trigintaſeptem, & quadraginta. Hoc numero definiuntur ægritudines. A qua ratione uidetur Hippocrates diſcrepare, quum ponit tantùm decimũquartum. Aliud uerò, quia pleuritis poſt quartumdecimum diem dici non poteſt. Sed dicimus tantum philoſophum rectè hoc propoſuiſſe, nec à uero in ſuis dictis ullo modo diſceſſiſſe. Pleuritis em̃ tantùm quatuordecim diebus hoc nomine iudicatur, quę in ipſo quartodecimo die aut finitur, aut empyema fit. Hoc autem in quadrageſimo die aut ſolui tur, aut tranſit in phthiſin. Non ergo ſic eſt intelligendum, ut quidam putant, quaſi in quartodecimo die poſſit definitè & certiſſimè omnis ſolui febris, ſed magis in quartumdecimum, qui extendi tur uſque ad quadrageſimum. Sunt enim in acutis febribus ueri ſuprà ſcripti dies critici.

APHORIS. XXII.

SEptimum diem quartus pronũtiat.

Perſiſtens in numeris oſtẽdere conatur, quem diem quis pronuntiet. Hęc quoque Hippocrates, per ſubtilem rationem, ad inuerſionẽ refert, non ordinationem. Sed doctorum eſt iſta aliquando facere: ut per inuerſionem rationem reddant, oſtendántque: quemadmodum hoc in loco. Prius enim poſuit maximum numerũ, id eſt, ſeptimum: poſtea minorem, nempe quartum.

APHORIS. XXIII.

OCtauus principium alterius ſeptimanæ exordítur.

Septimana ſeptem dies habet, unde & ſeptenarius numerus maximè uerſatur in arithmetico numero, & criticis diebus: quia in ſe continet parem & imparem, & intra denarium ſolus neque generat neque generatur, quum alij aut generent aut generentur. cuius rationẽ in arithmeticis pleniſſimã inuenies: utputa, ſi dicas quatuor & tria ſeptem fiunt, tria autem & quatuor pares non in ueniũtur. Item ſeptem & ſeptem fiunt quatuordecim, inuenitur infra metas præſcripti denarij. Vides igitur quòd neque generat ſeptenarius neque generatur. Sed quæſtio oritur: Quum iudicatio ſemper in critico die, id eſt, impari fiat, cur in quartodecimo, qui eſt par, non impar fieri dicat.

Cui

Cui reſpondendum, quòd ſeptem & ſeptem quatuordecim fiunt, qui utique ſequeſtrati impares ſunt, hoc eſt, duæ ſeptimanæ. Octauus autẽ principium alterius ſeptimanæ, id eſt ſequentis, exorditur. Nam, quod manifeſtiſſimum eſt, finita ea quæ præceſſit, incipit quæ conſequitur.

APHORIS. XXIIII.

VNdecimus etiam conſiderandus eſt. Quartus enim ſecundi ſeptenarij eſt.

Vndecimum etiam diem notandum eſſe docet, qui alterius ſeptimanæ quartus, indubiam ægritudinis criſin demonſtrat.

APHORIS. XXV.

INſpiciẽdus eſt & quintuſdecimus dies. Hic enim tertiæ ſeptimanæ contemplatorius eſt.

Finitis quatuordecim diebus, id eſt, ſecunda ſeptimana, ſi non fuerit iudicata ægritudo, erit inſpiciendus quintuſdecimus dies, qui eſt initiũ tertiæ hebdomadis, & à quatuor incipit numerari, quia quatuor ubiq; ſemper pronuntiantur. A quatuordecim enim uſq; ad ſeptimumdecimum, quatuor ſunt. Nam iſte numerus ſemper procedit.

APHORIS. XXVI.

ITem decimusseptimus considerãdus est. Quartus enim à quartodecimo, & septimus ab undecimo est.

Septimumdecimum diem solertissimè sicut & alios criticos, iudicat esse considerandum, scilicet in quo ordine sit constitutus. Dicit eñ esse quartum à quartodecimo, & septimum ab undecimo.

APHORIS. XXVII.

CONsiderãdus et uigesimusprimus, et uigesimusquartus, & uigesimus septimus.

Hi enim critici sunt, in quibus indubiè iudicantur ægritudines, distincti quaternario, secundum Hippocratis disciplinam.

APHORIS. XXVIII.

SImiliter uerò trigesimumprimum, trigesimumquartum, trigesimumseptimum, necnon quadragesimumprimum, quadragesimumquartum, & quadragesimumseptimũ inspicere oportet.

His summulis cõplentur quatuordecim dies, quibus Hippocrates acutas ægritudines iudicari proposuit. Et ne nimium grauetur quispiam huius

ius diſciplinæ ſubtilitate, dicemus de ipſis criticis diebus manifeſtius, ut tanta ſubtilitas Hippocratis, quaſi de tenebris prolata eluceſcat. Sit naturalium numerorum ſeries ab uno uſque ad quadragintaſeptem diſpoſita: unum, duo, tria, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſedecim, ſeptendecim, octodecim, nouendecim, uiginti, uigintiunum, uigintiduo, uigintitria, uigintiquatuor, uigintiquinque, uigintiſex, uigintiſeptem, uigintiocto, uigintinouem, trigintа, trigintaunum, trigintaduo, trigintatria, trigintaquatuor, trigintaquinq;, trigintaſex, trigintaſeptem, trigintaocto, trigintanouem, quadragintа, quadragintaunum, quadragintaduo, quadragintatria, quadragintaq̃tuor, quadragintaquinque, quadragintaſex, quadragintaſeptem. Hanc totam ſeriem diuidi oportet in quinque partes. Sic inueniemus cur Hippocrates in diebus criticis quaternariam differentiam faciat. Sit ergo prima pars quæ hos numeros cõtineat, unum, duo, tria, quatuor, quinque, ſex, ſeptem. Secunda uerò hos, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſedecim, ſeptendecim. Tertia autem hos, uigintiunum, uigintiduo, uigintitria, uigintiquatuor, uigintiquinque, uigintiſex, uigintiſeptem. Quarta quoque hos, trigintaunum, trigintaduo, trigintatria, trigintaquatuor, trigintaquinq;, trigintaſex, trigintaſeptẽ. Quinta quo-

que hos, quadraginraunum, quadragintaduo, quadragintatria, quadragintaquatuor, quadragintaquinque, quadragintaſex, quadragintaſeptem. Quæ quinque partes à ſe quaternario diſtant. A ſeptenario em̃, qui eſt ultimus primæ partis, uſque ad undecim, cui eſt primus ſecundæ partis, quaternarius differentiam facit. Atque ad hãc rationem cæteræ partes diuiduntur. In his etiam partibus ſingulis tres criticos dies ineſſe uidendum eſt: in hac, unum, duo, tria, quatuor, quinq;, ſex, ſeptem, initium criticorum habet unũ: in medio loco, quatuor: in ultimo, ſeptem: omnes à ſe quaternario numero diſtinctos. Secunda pars in primo undecim, in medio quatuordecim, in extremo ſeptendecim. Tertia & quarta & quinta ſimiliter. Illud quoque notandum eſt, quaternarium non uno modo differentiam facere. Nam in ipſis partibus à præcedente numero incipit, inter ipſas uerò partes abſque præcedẽte numero procedit. Sic igitur quaternarius per omnem horum ſupputationem decurrit. At nouenarius, qui criticus ſine dubio eſt, à Galeno non immeritò additus eſt: non quòd ab Hippocrate hoc ignoratum ſit (nihil enim in hominis natura tantum philoſophũ latuit) ſed quòd inter cætera ab eo prætermiſſum ſit. Non enim quicquid prætermittitur, etiã ignoratur. In quo numero diſcrepat tantum quaternarij ſuprà dicti concinnitas. Quum enim in ſuperiori naturalis numeri diſpoſitione,

à ſepte

à ſeptenario undenarius quaternario numero diſtet, inter utrũq; à Galeno nouenarius collocatus ibi ſolummodo in cõputatione, nõ in natura diſcrepantiam facit. A ſeptenario enim nouenarius modò tertius eſt, non quartus: à nouenario undenarius ſimiliter tertius eſt, non quartus. Galenus quoq; hunc locũ pertractans libros ædidit, quos de diebus criticis nominauit. Atque hæc de criticis diebus dicta ſufficiant.

APHORIS. XXIX.

QVartanæ æſtiuę breues magna ex parte ſunt: Autumnales longæ, præſertim quæ hyemem attingunt.

Abſoluens rationem criticorum dierum, hoc dicit, qui uelit oſtendere eam in affectibus: & incipit à quartanis, hoc pacto: Aeſtiuæ quartanæ breues magna ex parte ſunt, autumnales uerò longæ. Si cauſam quæras, ſcito, quòd quartana ex melancholica fiat materia, & melancholicus humor autumno creſcat. Si æſtate infeſtent quartanæ, ex bilioſo humore peruſto creantur: & quatuor quædam efficiunt ut breues ſint: unum, quia ex bilioſo ſunt humore, qui citò iudicatur: aliud, quia æſtate generantur: tertium, ſi fuerit ſanguis detractus: quartum, ſi crapulis non indulſerit æger. Vt uerò in autumno longæ ſint, multæ res cõueniunt in unum. Primùm, quia ex melancholica

fiunt materia, quæ (ut dictum eſt) autũno creſcit. Deinde ſi crapulis uacauerit ægrotus. Inde ſi uenam non inciderit. Quartũ, ſi ſit in tali ætate. Poſtremò, ſi hyemem attingant: unde & aliæ uenientes ad hyemem, non ſic concuſſionem patiuntur: quia inficitur ſiccitas, & acquirit ex frigore humiditatem, & inde eſt commotio minor.

APHORIS. XXX.

FEbrem cõuulſioni ſuperuenire melius eſt, quàm conuulſionem febri.

Mirum eſt quòd Hippocrates dicit, affectũ curare affectum, & affectum affectui eſſe calamitatem. Videamus quid ſit ſpaſmus, aut unde fiat, aut quomodo affectus affectum curet, & quãdo affectus affectui calamitas ſit. Spaſmus eſt motus inuoluntarius, uoluntaria obtinens loca. Fit autem aut ex repletione, aut ex inanitione, quoties ſenſus prçfocantur, & uires corporis cum ſanguine ad interiora refugiunt, & ad tempus oppriuntur: unde & membra perfrigeſcũt, utpote ſanguine deſtituta, & deficiunt. Omne enim quod in longum tendit, in alto eſſe non poteſt. Omne uerò quod in alto eſt, in longo eſſe non poteſt. Scito enim, ſicut mulieres ordiuntur telas, & texũt: ſic & prouidam naturam habere in homine neruos & intextos muſculos & uenas carnium, quæ omnia, dũ ſpaſmus occupat, obſtupeſcunt, & quaſi diſtenditur tela naturæ. Sed ſi febris ſuperuenerit,

rit, agitatur corpus, & extenduntur nerui ſuper muſculos, & uenæ reparantur per omnia. Affectus autem affectum curat, quoties ex nimia repletione fit ſpaſmus, & ſubſequitur febris, & perfundũtur nerui. Superueniens uerò calor, qui frigori eſt contrarius, ſubtiliat, relaxat, & euaporat: & ſic medetur affectus affectui. Sed calamitas affectui eſt affectus, quoties ex nimia inanitione, multo tempore laborando febris extenuat, deſiccat, & debilitat: ſuperueniens uerò febris & ſpaſmus magis occîdit. Et in iſtis omnibus ſola natura nõ ſufficit, ſed morbus morbo calamitas eſt.

APHORIS. XXXI.

HIs quæ non ex ratione leuãt, confidendum non eſt.

Senſus eſt: Si critico die non iudicantur ægritudines, aut præcedentia ſigna, quæ ſolent criſin futuram prænuntiare, non fuerint, non confidas: quia non eſt iudicatio, ſed remiſſio.

APHORIS. XXXII.

NEc admodum uereberis mala quę eueniũt præter rationem: plerũq; enim huiuſmodi ſunt incerta, & nõ diu permanere nec immorari ſolent.

Mala præter rationem euenientia dicũtur, quę ex nimio aut inſolito ciborum appetitu malum

colorem membrorum producunt: ut ſunt nautarum & ruſticorũ, qui comedunt incompoſitè & præter rationem, prætérque conſuetudinem, & nutriunt craſſos humores. Ergo de ipſis dicit, nõ uereberis quum incurrunt ægritudinem: quia ualidi ſunt propter copiam illam ciborum, unde & cito iudicantur eorum morbi, & non debilitantur. Plerunq; autem, dixit, huiuſmodi ſunt incerta, & difficilis eorum cognitio. Vnde non dubitabit medicus exquirere eorum rationem & nationem. Refert Galenus, Marco Antonio imperante, Glauconem philoſophum ægrum quendam uiſitaſſe, cui nemo potuit ſuccurrere, ob quod Glaucon excruciabatur: quem quum Galenus uideret, rogat: Quid habes Glaucon? ille uerò reſpõdit hoc de ægro. Mox Galenus dixit: Si iubes, ingrediar, & uiſitabo illum. At ille cœpit etiam rogare. Quum eſſet Galenus ingreſſus, interrogauit ægrum: Quæ tibi fuit uitæ ratio? Ille, ruſticus fui montanus. Iterum Galenus: Quæ tibi conſuetudo fuit cibi? Ille inquit: erucas agreſtes ſolitus eram comedere. Ingreſſus Galenus hortum, collegit faſciculum erucarum, & obtulit ei. Ille ut uidit, cõtinuò iactare ſe de lecto uoluit. Dixit ei Galenus: Non expectabis dum coquantur? Reſpondit: non, ſed tantum crudas date obſecro. Et ut comedit, continuò ſanus factus eſt. Vnde nunquam pigeat medicũ ſemper diſquirere originẽ cauſæ: ut quod ars non prodit, interrogatio manifeſtet.

Aphor

APHORIS. XXXIII.

FEbricitãti ſi per ſumma corpus perſtat, nec collabitur extenuaturq́, nõ eſt graue. Contrà, ſi magis conſumitur quàm ratio poſtulat, graue eſt. Alterum enim morbi longitudinem, illud uerò imbecillitatem oſtendit.

Febris aut internas corporis partes tenet, aut externas. Quoties ergo externas occupauerit, ſignum eſt, non craſſos eſſe ægros, & ualida natura ſuperfluitatem ad ſuperficiem expellere. In his uerò non moratur febris. Quoties uerò interna cœperit, ſignum eſt craſſas eſſe habitudines, & obeſiores, & nimiam pinguedinem conglutinatio nem facere pororum, & non dimittere calorem euaporari foras. Habitudo quæ ſolida uidetur, interius extenuat & occîdit. Vnde hoc cognoſcitur ex ratione malum eſſe, quantum pinguis eſt materia: & aliud, quia quantò interius detinetur calor, tantò maior accidit debilitas.

APHORIS. XXXIIII.

QVum morbi incipiunt, ſi quid moquẽdum eſt moue: quum cõſiſtunt & uigent, quieſcere melius eſt.

Dubites forſan: Quum ſuprà dicat Hippocrates, in initijs purgãdum, quomodo nunc dicit uſ-

que ad ſtatum ſinere melius eſſe. Quòd in initio purgari iubet, de peracuta dicit ægritudine, quæ ad ſtatum peruenire non poteſt. Statum autem iubet expectari acutarum ægritudinum: tum quia initio dum moti fuerint humores, non eſt adhuc apprehenſa tota habitudo corporis, & ex ipſis nõ laborat tota natura: & idcirco deponẽdi ſunt humores. Si uerò in augmento fuerit morbus, melius eſt uſque ad ſtatum ſinere.

APHORIS. XXXV.

OMnia quum incipiunt & finiunt leuiora ſunt: quũ conſiſtunt, grauiora.

Inſpiciamus cur leuiora ſint omnia quum incipiunt & finiunt, in ſtatu uerò grauiora. Sciendũ, in initio turbatam eſſe uirtutem, dum mouentur humores è ſuis locis, uſquedum apprehendãt totam habitudinem corporis: tunc enim humores & morbus cum uirtute certant, unde & uirtus ſola debilitatur. Et tale quidem patitur natura in initio per omnia, quale patitur ciuitas, dum eam ingreditur caterua militum, turbatur, tumultuatur uexatur. Vbi conſtiterit morbus, uirtuti requies eſt: quippe iam perfecta eſt affectio, & non perturbatur natura, neque acrius certant humores. Natura itaque affectui obedit, ob quod certans uirtus non frangitur, ſed ad finem peruenire contendit. Ideóque natura poſt ſtatum cũ functionibus

&

& uirtutibus ſuis erigit ſe, ueluti quærens inimicum foras expellere. Et poſt tantũ laborem feſſa & debilis natura reperitur: ac tale quid in his naturæ accidit, quale uenatori in theatro. Qui dum intus eſt, ludit cũ urſo, & tandiu fugit quouſq; ad poſticum ueniat: at ubi foras egreſſus fuerit, angĩtur qui antè timore fugiebat uelociter. Vnde dicitur: Timor addidit alas.

APHORIS. XXXVI.

SI cui ab ægrotatione bene aſſumenti cibum, corpus nihilo proficit, ſignum eſt uitioſum.

Cui ab ægritudine, &c. Non dicit de illo qui à ſanitate ad morbum uenit, ſed qui ab ægritudine ad ſanitatem reuertitur. Tum quod dicit: Si bene aſſumẽti cibum corpus nihilo proficit, graue eſt. Nam ſignificat in illo putredinem eſſe, quæ refici corpus non permittit, ſed totum ad putredinem trahit.

APHORIS. XXXVII.

OMnes ferè qui ſeſe malè habent, principio bene aſſumẽtes cibum, nec quicquam proficientes, in fine inedia exigunt.

Perſiſtit Hippocrates in ratione uictus, dicitq; qui peſſimè habent, principio bene aſſumẽtes ci-

bum nec quicquam proficientes, carnibus abſtineant. Iſte aphoriſmus ſuperiori iungitur.

APHORIS. XXXVIII.

QVi principio uehementer abſtinent, poſtea paulatim ſe reficientes, melius morbo leuantur.

De peracuto loquit morbo, monens ut in initijs abſtineant. Olim enim uſque ad tertium diem
Διὰ τρίτου nihil dabant medici. Vnde & dia triton dies illi uocantur. Sed malè id, quia in omnibus ægritudinibus agebant. Et ſi erat diaria ab intẽperie profecta, magis uexabatur æger exercebatúrque, & maius fiebat è paruo. Ergo admonet, ut initio abſtineant uehementius, & paulatim ſe reficiant: atq; ſic morbo citius liberabuntur.

APHORIS. XXXIX.

IN quouis morbo mente conſtare, & cibum appetere, eſt bono: contrariũ, uitio datur.

Vult Hippocrates per omnia doctum eſſe medicum, & oſtendere conatur, qualis ſit mens ægro tantiũ, inquiens: Si æger cibum appetit, bono eſt. Nam neceſſarij cibi ſunt aliqui, ut poſſit cognoſcere medicus, utrum conſtat mens, an non. Confiderare ſemper debet medicus, qualis ſit ægrotans, aut quibus delectetur rebus. Si eſt religioſus,

ſus, apponere debet illi diuinã ſcripturã, ſi tamen antè hãc amauerit. Si uerò ludũ literariũ frequentet, fabulas Vergilij inſerere: breues tamen, quæ illum ad furorem non prouocẽt. Si fu erit adultus: Terentij fabulas & comœdias, & inde aliquid illi recenſere. Sic enim cognoſces an ſana mens ſit. Si enim hæc omnia aptè ſuſceperit, tunc & medico ſe cõmittet: & quicquid ei offerre uolueris, prompte ſuſcipiet. Bene igitur mentem ſanam dixit eſſe, quod eſt principium corporis. Cibi autẽ ſunt, quicquid eſui offertur. Si hæc facilè aſſumpſerit, bonum eſt. Si omnia hæc reſpuerit, contrariũ eſt: eò quòd ſignum ſit mentem ægrotare. Deinde, quia medicum, à quo debebat auxilium ſuſcipere, repudians, cibos non aſſumit: & hæc omnia contraria ſunt.

APHORIS. XL.

PEr morbos minus periclitantẽ ij quorum naturæ morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, aut tẽpori, quàm quibus nõ conuenit aliqua ex his ratione.

Controuerſia uideri queat: Si regula eſt, ſimilia ſimilibus gaudere, & calorem calori augmento eſſe: item ſi æſtas calida eſt, humor calidus, iuuenis calidus: iſta omnia coëuntia, non faciunt à ſe alienum morbum, ſed magis augent calorem. Verùm ſciendum eſt, omnia hæc ſimul incidẽtia non

efficere peregrinam ægritudinem, ſed ſecundum naturam. Nam ætas ſecundum naturam eſt, & humor, iuuenisq; in tali regione. Sed febris quæ naturæ non conuenit, id eſt accidentaria, ſuperat omnes res naturales, quia à natura recedit. Omne enim quod ex calido eſt, citò mouetur, & iudicatur. Si ſecundum calorem non fuerit, malum eſt: ut eſt iuuenum ægritudo in hyeme, & ſenum in æſtate. Atque hi morbi naturæ non conueniunt, qui nõ in ſuo tẽpore ueniũt, nec in propria ætate.

APHORIS. XLI.

IN quauis ægritudine partem umbilici & imum uentrem eſſe pleniorem melius eſt: admodum extenuari atq; tabeſcere, uitioſum eſt. Ad inferas etiam purgationes, hoc tutum non eſt.

Hippocrates dum umbilicum nominat, media corporis nobis oſtendit, hoc eſt, à parte totum. Si quis ergo multo tempore confectus ægritudine, media pleniora habuerit, quale ſignum eſt? Scias malum non eſſe: Quoniam illic epar, ſtomachus, & cor eſt, illic operationes obeunt naturæ: Quæ dum omnia ſana fuerint, quicquid accipitur, citò concoquitur, & nutrimentum naturæ miniſtratur. Et quamuis longa fuerit ęgritudo, extenuata corpora non ſunt, ſi uitalia & nutrimentalia bene habeant. Si uerò extenuatum corpus fuerit, ue

luti

luti quibuſdam ſubſidet ſtomachus, ita ut ſpina & uenter unum ſint, malum eſt, teſtaturq; non longum uitæ ſpacium ſupereſſe: quia omnia extenuata ſunt: & tum, quòd nutrimentum nõ datur corpori, afficiuntur ſimul principalia membra. Vnde non uitæ, ſed potius mortis erit expectatio.

APHORIS. XLII.

QVi ſalubri corpore ſunt, celeriter p̃ euacuationes oppreſſi, diſſoluũtur, atq; etiam qui cibo prauo utuntur. Nam qui corpore bene conſtant, in purgatione laborant.

Hic aphoriſmus hoc modo intelligendus eſt: Aliquibus iubet fieri purgationẽ, aliquibus non. Videamus quid ſit ſanitas, aut quare purgatio ſit cõtraria ſanitati. Nimirũ quia ſanitas eſt temperies naturæ calidi & humidi. Igitur ſi ſanitas temperies eſt, auxilium calidum & ſiccum utique intemperiem facit. Sani ergo ideo accepta purgatione grauãtur, quia apti humores perturbãtur, & pro bonis mali eueniunt, & emittuntur boni. His uerò qui malo cibo utuntur, hoc eſt, mala miſtura ciborum & humorum laborãt, neceſſaria eſt purgatio: unde & non læduntur, quia malos humores unde grauabantur eiiciunt.

APHORIS. XLIII.

POtus & cibus paulò deterior, modò ſuauior ſit quàm qui melior, ſed inſuauior, anteponendus eſt.

Roges: Si potũ & cibum aſſumere malum eſt, quid bonum? Videamus quot modis cibus intelligatur, quot item modis potus, aut de quo potu cibóue loquatur. Indubiè de pane & uino. Inſpiciamus igitur quot modis panis dicitur. Eſt appetibilis, ut muſteus: conſuetus, quem comedere ſolent homines: & neceſſarius, ut ſpõgia. Vinum ſimiliter cognoſci debet, quod quis, uel quo tempore debeat bibere. Quod etiam à Galeno probatum eſt. Itaque eſt uinum Siculum, Samellum, quod potari debet hyeme: Surrentinũ, quod conuenit in æſtate: Gaietum, Palmatiũ, & Leucanenſe. Sed reuertamur ad inſtitutum. Quare in periculo eſt, qui nihil aſſumere poteſt? Exempli gratia: Medicus ægroto iniungit ſuccum aliquẽ: Ille renuit accipere, imò ne audire quidem ſuſtinet. Rurſus medicus rogat: quid ergo tibi uis? ægrotus reſpondet: Si iubes, buccellam uino imbutam aſſumam. Is ergo cibus ipſi ſuauior eſt, eumq; deſiderat. Qui uerò etiam pauxillum reſpuit, deterius habet. Hoc ergo præuidens, & quia forſitan aſſumet poſt triduum ipſos cibos, conſidera uirtutem & deſiderium, & concede illi pauxillũ. Illud ſi acceperit, melius & ſuauius eſt. Si nõ acceperit, peius

peius eſt: quia & uirtus debilitatur, & appetitus non ſatis reſpondet. dabis ergo illi buccellas. Si roges, quales? aliquando ex ſpongia, quæ pridie antè ſit decocta. Nam ſimila modicam aquam recipit, atque diutius emollit, fermentum autem recipit. Ideoq; poſtero die exhibetur, ut quod humoris habet, abſumatur, plus autem fermenti nõ acquirat. Sed & illud prius aqua frigida diluẽdum eſt. Vinum uerò Leucanenſe accipere debet. Nam electum eſt ab authoribus. Si talis ſit locus ubi nõ ſit Leucanẽſe, facies ex arte uinum, quod ubique reperiri poteſt, hoc eſt, hydromel, & concedes deſideranti: atque hoc ſuauius recipit: quo modo dicitur apud Romanos: Quod bene datur, bene ſuſcipitur, bene concoquitur. Si uerò uolenti nõ deberis, inſuaue eſt, & inde deterius habet, quando non conceſſeris uirtuti & uoluntati.

APHORIS. XLIIII.

SEniores & iuuenes plerunque pari modo multum ægrotant. Attamen illis longi morbi accidunt, & ſæpe eis commoriuntur.

Quæritur ex Hippocrate: Si ſenex multũ ægrotat, & iuuenis item multum, uter minus ægrotat? Huic quæſtioni reſpondens, iuuenes poſuit multum ægrotare, eò quòd acutam nimium ſemper incurrant ægritudinem. Senes autem, quia quan

to habẽt craſſiores humores, tantò longiore tempore protrahitur ægritudo. Et quod iuuenes breui tempore laborant acuta ægritudine, hoc ſenes multo tempore protrahunt: & reperiuntur ambo ſimiles. Ille longo tempore, qui acutam incurrere nõ poteſt: alius breui, qui repentinã, quæ citò debilitat. Adeò, ut ſenibus ad mortẽ uſq; durent morbi: & dicunt conuiuę, qui ipſis cõmoriuntur.

APHORIS. XLV.

RAucedines & grauedines maioribus admodum natu concoqui nequeunt.

Vt ſuperius dictũ eſt, quòd ſenioribus aliquæ ægritudines commoriantur, id nunc denuò teſtatur: quòd raucedines & grauedines cõcoqui nequeant. Quid eſt raucedo? Nimirum quum fauces præfocationẽ à frigido humore ſuſtinuerint. Et quia calor in ſenibus minor eſt, quàm ut illum relaxare poſſit, ideo in eis non concoquitur, neq; relaxatur. Grauedo eſt obſtructio meatuum naſi, qui à colando ethmoides dicuntur: qui affectus eodem modo fit, & non concoquitur, propter rationem quæ ſuperius dicta eſt: & hę dicuntur conuiuæ ægritudines, quæ iam cũ ipſis cõmoriuntur.

APHORIS. XLVI.

QVi ſępe & multũ exoluũt ſine cauſa manifeſta, ij derepẽte moriunt.

Notan

Notandum, niſi cauſa præceſſerit, affectũ non oriri. Præcedit ergo offenſa, teſtatúrque morbum repentinum eſſe, qui citò mortem inferat. Si tamẽ nulla cauſa præceſſerit, hoc eſt, aut uentris fluxus, aut ſanguinis, qui poſſit debilitare, aut longi temporis inferre ægritudinem, aliáue ſigna quæ noxam ſolent afferre, derepente morietur æger.

APHORIS. XLVII.

APoplexia uehemens ſolui non poteſt: leuis, non de facili poteſt.

In præſenti aphoriſmo diſquirendum eſt, quid ſit apoplexia, aut quot ſint differentiæ, aut unde gignatur, aut quis locus patiatur, aut cur alia nõ ſoluitur, & alia difficilè curatur. Apoplexia eſt omnium quatuor humorum exuberantia præter naturam, occupans ratiocinationẽ, memoriam, & imaginandi facultatem. In qua uẽtriculi meatus replentur humoribus, qui extendunt mẽbranas cerebri: & ſine motu acceſſiones facit his qui patiuntur. Propriam tamen originem habet ex phlegmatico humore. Differentiæ autẽ ſunt duę, maior & minor, id eſt apoplexia & hemiplexia. Apoplexiæ læſio duobus modis fit. Nam qualis fuerit eius uis, talem facit læſionem. Sed quare nõ curatur apoplexia maior? Demus exemplum, per quod poſſimus cognoſcere proprietatẽ eius. Pone eſſe in curru aurigã, uinctis quatuor equis, & cinctis faſciolis per iugulum, aliis dextra & ſini-

ſtra parte, alijs per medium ductis: quod duobus modis fit: uno, ut equos regat: alio, ut ſe cõtineat. Sic prouida natura interius fecit muſculos. Iſte uerò dum currum aſcenderit, & uirtus illi fuerit circumijciendi loris ora equorum, directo itinere equi pergunt. At dum unus ex eis erumpit, uictus tunc auriga & raptus, proijcitur quò non uult, & morti ſuccumbit. Sic itaque & humores dum ſecundum naturam fuerint, conſeruant naturam: dum autem unus ex eis exuberauerit, ægritudines gignit. Et ſi unus periculum facit, quantò magis omnes quatuor, quum exuberauerint, & principium corporis obtinuerint? Sed interrogare poſſes Hippocratem: Quum dicit, Niſi corde affecto homo non moritur, in apoplexia quo modo cor patitur, dum repẽtina fuerit affectio cerebri? Quibus id reſpondendum eſt: Quoniam ex cerebro nerui habent originem: pulmones qui ſunt cordis noſtri flabellum, detinentur ab ipſis neruis per quos & agitantur. Ergo dum cerebrum afficitur, nerui non mouentur: dum uerò nerui non mouent, pulmones non exagitãtur, & cordi temperamentum non miniſtrãt: & ſic in ſuo loco cor periclitatur, & mors euenit. Itẽ cognoſcimus eſſe apoplexiam, dum ſpumam ædit, & extenſionem molitur, & oppreſſionẽ: Hemiplexiam uerò, quę ſolùm extenſionẽ: unde & aliquando curat, quia minor eſt læſio. Ergo una totũ corpus poſſidet, altera partes aliquas relinquit: & hoc, quia maior

ior ex omnium humorum ſuperfluitate conſtat, minor uerò ex aliquorum ſuperabundantia.

APHORIS. XLVIII.

QVi ſtrangulantur & exoluuntur citra mortem, ſi ore ſpumant, non reficiuntur.

Videamus quot modis fit ſtrãgulatio, aut q̃re hi qui ſpumam ædiderint moriantur. Nimirum, quia ſtrangulatio quatuor modis fit, aut intrinſecus, aut extrinſecus, aut cum uoluntate, aut citra uoluntatẽ. Intrinſecus, ut in apoplexia. Extrinſecus, ut quum cadens quis ipſe ſe opprimit. Cum uoluntate, quum aliquis ſe laqueo ſuſpendit. Citra uoluntatem, quum aliqui cruci applicantur, uel in foueam cadunt. Ergo utroſque dum inueneris ſpumantes, iam non de uita ſperes. Spuma enim humor eſt, quem calor naturalis cum flatu & ſpiritu uitali ad fauces ueniens, facit. Sicut in ca cabo fit, ubi impoſitæ fuerint carnes, aut legumina. Ex calore fit flatus, ex flatu ſpuma: & ea tandiu fit, quouſque flatus amittatur. Sic itaque & in mari concepto flatu nimis exagitando ſpuma ad littus fit: ut ſi quis uoluerit in lagenam, aut utrem liquidum inijcere, celeriter ad os ſpuma eleuatur. Sic itaq; & natura dum ſpumam fecerit in ore, ſignificat calorem naturalem cum flatibus & ſpiritu uitali relinquere oſſa interiora: nulla ergo ſpes

eſt uitæ. Si quis roget: Epileptici dum ſpumant, quare non moriuntur? Reddimus talem rationẽ: quia ea ſpuma non eſt ex interiori parte, ſed ſolummodo ex palato & faucibus.

APHORIS. XLIX.

QVi obeſi admodũ ſunt ex natura, celeriꝰ moriunt, quàm q graciles.

Quæras fortè, Cur Hippocrates dixerit neminẽ incraſſari poſſe, niſi copioſè fuerit refertus, & ſanas habuerit facultates operatrices. Dicimus, quia nunc ſupra naturam dicit craſſum, & graciem ſecundum naturam. Moritur enim celerius craſſus. Nam præfocantur uenæ ſeu arteriæ, & officium naturale non poteſt perfici, & ſic præfocati moriuntur celerius, quàm graciles ſecũdum naturam. Contrà, graciles præter naturam celerius moriũtur. Nam apertis meatibus ex nimia ficcitate omnis calor euaporatur. Id nos docet uſus corij, quod dum ſiccatum fuerit, tranſlucet, imbutum autem perfuſumq; ſpiſſatur. Homo eñ plures cauernas habet & maiores, quàm cætera animalia, ut qui plus algeat, quàm cætera animalia. Iuſſit quidam Perſidis imperator corium à quodam tolli, atque inde aliquas umbras tegumenti fieri. unde probatur, patentiores texturæ cauernas hominem habere, quàm cætera animalia.

Aphor

APHORIS. L.

QVi morbo comitiali laborat, si iuuenis est, liberari mutatiõe potissimũ ætatis, loci, & uictus munere potest.

Considerabimus, unde fiat morbus comitialis, aut in quo iuuene fieri dicat Hippocrates. Comitialis morbus est affectus cerebri sine sensu ac motu: qui ex melancholico fit humore, quoties exuberauerit, & ad cerebrum conuenerit. Aliquando etiam ex pituita. Iuuenes dicit, à quartodecimo anno usque ad uigesimumtertium, non autẽ uigesimumquintum attigerint. Sanantur multis modis: uno, quia immutatio est humoris: deindẽ, quia immutatio est ætatis: & in termino hoc ætatis amputatur affectio, modò fuerit æger abstinẽs à cibo & potu, quæ Hippocrates uictũ dixit. Si uerò excesserint tempus istud, cũ ipsis cõmoriũtur.

APHORIS. LI.

SI dolor geminus eodem loco infestat, qui uehementior est, alterum leuiorem obscurat.

Succurrit quærere, quomodo in uno loco duo sentiãtur dolores. Videamus ergo quid sit locus. Locus est pars una, multa in se continens membra: ut est domus, multa in se habens cubicula, in uno cubiculo habet multos cõsidentes homines.

deinde manus una multos habens digitos, & digitus unus plures habet iuncturas. Ergo id eſt, quod Hippocrates dicit: Si fuerit dolor in uno digito, & poſtmodũ ſubſequutus fuerit dolor alius, plus urget dolor poſterior. Nam ille prior iam tumet, tumor euaporat diſcutitúrq;, & minus habet doloris. Hic ergo qui poſtmodum uenit, uehementior eſt, & illum minorẽ dolorem opprimit. Exemplum pone: Sicut ſi alicui moriatur proprius canis, & pòſt caballus: magis dolet ob caballum, quàm canem.

APHORIS. LII.

DVm pus conficitur, dolores ac febres accidũt magis, quàm ubi cõfectum eſt.

Sanies in nullo loco eſt niſi ubi ſanguis aduenerit. Ergo ſiue ex pituita, ſiue ex bilioſo ſit tumor, ſiue ex melancholia, niſi ſanguis aduenerit, nunquam fit ſanies: quia omne quod putreſcit, niſi calidum & humidum fuerit (qualis eſt ſanguis) putrefieri non poteſt. Dolor igitur fit, quia extenditur locus. Febris uerò duobus modis fit: uel quia pus ex ſanguine eſt, qui eſt calidus & humidus: uel quia ubique ſunt nerui, & arteriæ, & uenæ, quæ aggrauata, principia febris quia patiuntur, prouocant: & ideo confecto pure fugiunt magis febres, quàm antea.

Aphor

APHORIS. LIII.

IN omni corporis motu quum fatigari incœpit, ceſſaſſe protinus laſſitudinis leuatio eſt. Qui aſſueuerunt ferre labores, etiamſi inualidi ſunt, aut ſenes, facilius ferunt, quàm qui non ſunt aſſueti, quãuis robuſti & iuuenes. Quæcunque longo tempore aſſueta ſunt, etiam ſi deteriora ſint, minus infeſtare ſolent, quàm quæ inſueta ſunt.

Abſoluens ſermonem Hippocrates de apoplexia, morbo comitiali, & pure, inſtituit hic de exercitio diſputare. ob quod quærendum nobis eſt: Quod exercitium uniuerſaliter mouet, & quod particulatim: aut de quo exercitio Hippocrates in præſenti loquatur? Quum enim ſiue pedibus, ſiue manibus quilibet exercetur, toto corpore commouetur: utputa ſcriptor manibus exagitatur, & totũ corpus laborat: fullones pedibus laborant, & totum exagitatur corpus: qui uerò currunt, pedibus laborant, & totum exagitatur corpus. Sunt & alia multa quæ nunc nobis neceſſariò ſunt exponenda. Veniamus ergo ad propoſitum. Sciendum Hippocratẽ nũc de opere loqui, quod nõ ſolùm corpus totum, uerumetiam memoriam exagitat, & humores extenuat, & ad priſtinam re-

uocat ſanitatem. Sed & ipſum aliquando fit parti
culatim, quum hos qui pro conſuetudine manu
aliquid eiiciũt, facimus modicè reſpirare: aliquan
do etiam uniuerſaliter, quum poſt ægritudinem
uolumus alios exercitare, & ſpacium illis dicta-
mus. Iſti id experti dolent: dum requieuerint, deſi
nit dolor: & quia ceſſauit cauſa, ceſſat & affectus.
Hippocrates itaque ponit duos, unum conſuetũ,
& alium inconſuetum: in quibus qui conſuetus
eſt, non tantum læditur uel laborat, quantum qui
conſuetus non eſt. Pone eſſe duos facientes iter,
unum ſolitum ambulare triginta miliaria, & ali-
um qui nũquam iter aggreſſus fit: hic qui conſue
uerat perficere triginta miliaria, ſi ſibi addat &
alia decem, non multum læditur. Ponit igitur &
iuuenem & ſenem, aitque: Senex facilius fert labo
rẽ quàm iuuenis. Quare ergo potius poſuit Hip-
pocrates, ſenem tolerare laborem quàm iuuenẽ?
quum hic tam exercitio & ciborum copia, quàm
calore naturali uegetior ſit, ſenex uerò nec exerci
tium, nec laborem, nec ciborum copiam, nec uir-
tutẽ in ſe habeat: quomodo ergo magis ſuſtinet
laborem? Huic quæſtioni ita reſpondetur: quia ſe
nex conſuetudinem habuit, iuuenis nõ itẽ. Nam
idem ipſe Hippocrates dicit. Conſuetudo conſer
uat naturam, & natura conſeruat conſuetudinẽ.
Aliter: corpus noſtrum tribus dimenſionibus con
ſtat, longitudine, altitudine, latitudine. Senex o-
mnia tria in ſe habet. Iuuenis uerò ſi duo habet,

tria

tria habere nõ poteſt. Propter iſtam itaque rationem Hippocrates poſuit, ſenem magis ferre laborem, quàm iuuenem.

APHORIS. LIIII.

AD inſueta igitur mutaſſe neceſſe eſt. Nimis, repentéq; euacuare, implere, calefacere, refrigerare, quóue alio modo corpus mouere tutum nõ eſt: denique de alio tranſire in aliud præſtat.

Quæſtio oritur hic: Quum ſuperius conſuetudinem laudauerit, & illam dixerit ſecundam eſſe naturam, cur nũc ipſam immutari deſiderat? Sed uideamus quam cõſuetudinem dicit, propriámne an accidentariam. Nimirũ non propriam, quã laudauit, ſed adiectitiam reprobat. Pone ruſticum eſſe qui delitijs ſe tradiderit, hic dum ægrotauerit, ad conſuetudinem propriam reuocatur per immutationem accidẽtariam. Sic enim refert Galenus, quendam ægrotaſſe ex familia ſplendida, ſub Marco Antonio imperatore, & iſte nullo modo poterat ſanari, donec conſuetos cibos aſſumeret. Ergo in his non conſueta mutantur, ſed magis ad conſueta reditus eſt, donec ſani fiant. Hoc ergo ipſum Hippocrates dicit in præſenti aphoriſmo, & præcipit à cõtrario, ut quę inanita ſunt, per copiam repleãtur: & quæ repleta ſunt, per inediam inaniantur: quæ uerò refrigerata, recaleſi-

ant, ita tamen ut non nimium repetat, ſed paulatim. Nam ex multo offenditur natura, mediocri autem gaudet.

APHORIS. LV.

SI quum omnia ratione feceris, non id prouenit quod ratio poſtulat, noli in aliud tranſire, dū maneat quod principio uiſum eſt.

Hippocrates per omnia uult doctum eſſe medicum, dicens: Si tibi uiſum fuerit adhibere auxilium, utputa in podagrico affectu, adhibe, ſi auxilij congruum fuerit tempus, & uirtus apta, & regio talis. quòd ſi id non profuerit ſtatim, non eſt mutandum continuò aliud præſidium, quia tunc magis læditur ægrotus. Pone hominem laborantem bilioſo humore, cui exhibeo medicamētum quod deponat illum humorem, idq; pondere unius drachmæ. Inde non timendum eſt, neq; aliud continuò adhibendum præſidium, ſed poſt paucos dies tantùm illi reddere idipſum. Si ne ſic qui dē profecerit, nec inde afficior, ſed confidero epar naturā igneam habere. Ergo ante horam qua illi offeram medicamētum, do illi oua ſorbilia, aut aliud tale, ut epar temperetur, & adiuuet præſidium, quò humores purget. Sic & in curatione ſtomachi facimus. Curamus triduo, & intermittimus duos dies, & denuo curamus. Curatio enim

ſtomachi

ſtomachi tribus modis fit, aut minimè, aut medio criter, aut maximè: ſicut & calor minor, medius, & maximus. Minor, ut fomentum, quod poros ad ſudorẽ prouocat, & euaporat: Medius, ut cata plaſma, quod relaxat: Maximus, ut Mallonis & Ortomillę medicamenta, quæ deſiccant. Ergo dũ omnia ſecundum rationem præuideris, non continuò aliud offeras medicamentum.

APHORIS. LVI.

QVorũ aluus humida eſt, hi quandiu iuuenes ſunt, melius degunt, quàm quibus ſicca eſt: at in ſenectute deterius. Siccatur enim aluus magna ex parte his qui ſeneſcunt.

Hippocrates laudat iuuenem qui ſolutum uentrem habet, quia crapulis uacat. Solutio em̃ uentris inanitionem ſuperfluorum molitur. Si enim quis obeſior ſit, quomodo niſi educto malo humore extenuabitur? Quare in ſenecta deficcãtur? Ratio huius aphoriſmi cũ illo conſentit, q habet: Quibuſcunq; iuuenib⁹ adhuc aluus humida eſt, his ſeneſcentib⁹ ſiccaẽ. Cauſam illic expoſuimus.

APHORIS. LVII.

MAgnitudo corporis in iuuẽta quidem formã liberalem adfert, nec

iniucundam, ſed in ſenectute uſu difficilis eſt, atq; deterius quod procerius eſt

Magnitudo corporis dicitur ab Hippocrate, quam in iuuentute ſubitò acquirimus, ſed iniucunda eſt, id eſt, incõmoda. Sæpius enim tali præditi citius óccidunt, & ante annos legitimos moriuntur. Sicut em̃ ante tempus ad integrum excreſcunt, ita & ante tempus intereumt. Quod enim intempeſtiuum uenit, intempeſtiuum recedit. Videamus nũc quot modis dicatur magnitudo, quã Hippocrates in iuuene laudat. Trifariam enim accidit, pulchritudine, forma, poſitiõe. Iuuenis em̃ etſi non omnia, unum tamen ex his tribus habebit: Senex autem nihil horum habet, ſed marceſcit ipſius caro, curuúſque & inutilis fit. Sed quæritur, cur incuruatus ſenex ambulat? Sciendum, quòd natura fecit muſculos quatuor, quorum nomina in anatomicis ſcripta ſunt: duo antè & duo poſterius ſunt, qui etiam noſtrum dirigunt corpus. Ergo in ſenibus illi interius deficcantur, & tabefiunt, & curuãtur. Modicos autem dixit uel ſtaturæ minoris, eò quòd firmiores ſæpiſſimè fiant: uel infantes, qui etiamſi inutiles ſint, accedente ætate melioreſcũt. Senex autem in peius magis quàm in bonum decidit.

Liber

LIBER TERTIVS.

APHORISMVS PRIMVS.

TEmporum mutationes potiſſimùm pariunt morbos.

Abſoluta atque digeſta ſecunda particula de affectibus, id eſt, de apoplexia, uel aliis ſignis, nũc quoque introducit phyſicam rationem breuiter, & uentorum ac temporum immutationem. Videamus igitur quot modis fiat immutatio. Quinque nimirum, id eſt, natura temporũ, natura inuiſibilium, natura corporum, ætatũ, humorum. Summatim ita fit, particulatim & menſium, & dierum, & horarum, & locorum. Sed quia nunc de temporum immutatione nobis ſermo eſt, uideamus quot modis fiat eorum immutatio. Trifariam, aut quum naturaliter frigida temporibus calidis corrumpuntur, aut naturaliter calida frigidis inficiuntur, aut naturaliter media in aliquod contrarium uertuntur. Quod etiam bipertitò fit. Quod enim tepidũ eſt, aut calore ſuperatur, aut frigore uincitur. Horum ergo temporũ immutationibus maximæ immutationes humorum noſtri corporis fiunt: licet immutatiões fiant, ut iam dictum eſt, non ſolum temporibus, ſed etiam ætatibus, locis, humoribus, & cibis. Sciens ergo Hippocrates tẽporibus ſubiecta eſſe corpora noſtra,

dixit, in his immutationibus temporum, maximè generari morbos: quia per iſta nutriuntur corpora noſtra, eiſdemq; inficiuntur.

APHORIS. II.

MAgnæ temporumm mutationes aut frigoris, aut æſtus, & reliqua ex ratione grauius incidunt. Et naturarum aliæ ad æſtatem, aliæ ad hyemem bene maléue ſe habent. Eodem modo ætates ad tẽpora, loca, & uictus genera.

Exempli gratia: Si ęſtate contagium luis alicuius ſit, aliquando æſtus, aliquando frigus morbos ſignificat. Nam ſunt ætates & corpora, quibus magis eſt contrarium. Nam alicui iſta imperant, & alicui non. Hi autẽ qui ſuſtinent, nec multũ lædunt in æſtate, ut ſunt fabri ærarij aut ferrarij, qui conſueti ſunt ad ignem laborare, & credũt ſe ſemper in æſtate eſſe: ſicut & phthiſicus, qui quum ſine calore nunquã ſit, oblitus eſt ſe ſanum fuiſſe. Hyeme quoque non læduntur ruſtici, aut hi qui conſueti ſunt in ſyluis morari. Ideo dixit: Aliqui in æſtate bene, aliqui malè: aliqui hyeme bene, aliqui malè: ſciens nõ omnes homines unã habere temperaturam. Victũ bene addidit: Nam ſunt qui ferunt ieiunium, ſunt qui non ferunt: ali qui ſuſtinent labores, aliqui non: Alij cõtenti ſunt pauco cibo, alij etiam apperunt multum. Aetates

uerò

uerò dicit tẽporibus, regionibus, uictu, bene aut malè consistere: quia si ætatibus hæc apta fuerint, ætates se bene habent: si autem incommoda uel inconsueta, malè. Vides enim seniores laborem non ferre, nec infantulos ieiunium. Quorum ratio superius est ostensa.

APHORIS. III.

PEr tempora, quoties eadem die modò frigus, modò æstus existit, morbos autumnales expectari oportet.

Quare hic autumuo potius quàm alio tempore morbos expectãdos ponit? Quia dies tunc immutantur maximè. Ergo mane quando debet esse frigidior aër, si æstus fiat: & iterũ meridie quando debet esse æstus, si frigidior sit aër: ista intemperies, si in uno eodémque die fiat, aut dies secundum tempus horarum naturam suam non custodit, imitatur intemperiem autumni. Vbi propter frigus & siccitatem morbi eueniunt mortiferi. Bis aëriam intemperiem significat, & tunc dicit expectandas ægritudines: quia quanto maior est intemperies, tanto magis crescit contagium.

APHORIS. IIII.

AVstri hebetant auditũ, caliginem oculorum obducunt, corpora diffundũt pigriora q̃ faciunt, caput aggra-

uant. Vbi tempeſtas ita præualuerit, affectus eiuſmodi exiſtunt.

Ventorum nobis qualitatem introducit Hippocrates, oſtenſurus quo modo corpora noſtra ſuſtineant immutationes eorum. Sed quum iſtud in rerum naturalium ratione ſit, breuiter tamen quantum ad medicinam pertinet, locum conſiderantes, non omittamus. In præſenti ergo aphoriſmo requirendū eſt, quot ſint uenti, & quot ſint naturæ eorum, uel unde oriantur. Deinde utrum uenti tempora immutent, an tempora uentos. Sciendum aliquos philoſophorum duos dixiſſe uentos, aliquos quatuor, alios duodecim. Hi qui duos dixerunt, ſecundum orientalem plagam & occidentatem hoc uoluerunt, ut ab oriente eſſet ſubſolanus, ab occidente eſſet fauonius. Hi uerò qui quatuor dixerunt, ſecundum plagas cœli uoluerunt, ut à meridiana ſurgat auſter, à ſeptentrionali boreas, ab oriente ſubſolanus, ab occidente fauonius, ut ſcriptum eſt. Hi autem qui duodecim dixerunt, ſecundum quatuor temporum duodecim menſes, quatuor uentos principales uoluerunt, ut unuſquiſque in ſe duos alios cōtineat, & unamquanque plagam tres occupent. uerbi gratia: Boreas unus duos habet alios, qui cum eo uergunt & cōſentiunt, quum uernū tempus & cum hyeme propinquitatem habeat & cum æſtate. Sic & de cæteris. Sed quæ ſint nomina, uel naturæ eorum

rum,in phyſiologorum libris latius dicitur. Oriuntur autem uenti à quatuor lineamentis mundi,unde & oriũtur ſol & luna,& alia ſigna. Quorum natura aut eſt calida,aut frigida, aut mixta. Natura etiam eorum talis eſt qualia tempora, unde & in temporibus ſuis unuſquiſque dominatur uentus. Siquidem ſi ſecundum ſuam naturam fuerint tempora,non immutantur,ſed uenti tempora immutant,& temporibus deſeruiunt. Sed cur prius oculorum caliginem,deinde auditus hebetudinem ponit:quum ſimul uiſus & auditus ex cerebro procedant? Hæc non poſſunt agnoſci leuius, quo modo inde habeant principium, quàm ex officio ipſorum. Ergo dum auditus & uiſus minor fuerit,tunc intelligo cerebrum reſolutũ quidem eſſe,ſed euaporari nõ poſſe. Hoc autem incommodum duobus modis fit: uno, quia craſſa reſoluit calor uenti,quæ euaporari non poſſunt: & alio,quòd humiditas humiditati augmentum eſt. Ergo quando hic fuerit uentus,ipſas præcedit futuras ægritudines. Auſtrinus uerò calidus eſt & humidus,calor diſoluit,humectatio replet.

APHORIS. V.

SI tempus aquilonium eſt, tuſſes facis, alui duræ, difficultates urinæ, dolores horrifici coſtarum & pectorum accidunt. Vbi ita tempeſtas exu-

perarit, affectus eiuſmodi expectato.

Naturam huius uenti frigidã & ſiccam oſtendit, ut tuſſim fauciũ dicat. Notãdum, tuſſim duobus naſci in locis. aut in altitudine, quod & tuſſis uocatur: aut in ſuperioribus, quod in faucibus uuam titillat, & tuſſicula nominatur: hanc Hippocrates tuſſiculam uocauit, id eſt, modicam tuſſim. Ventres quoque duros facit, & ſiccos, & urinam difficilem. unde multi ex frigore moleſtantur, & ſtranguriam patiuntur: horrificos quoque dolores laterũ & pectorũ frigus facit, quia quammaximè in concauitatibus dominatur is uentus. Ergo dum iſtud cognoueris eſſe, ea prædices.

APHORIS. VI.

QVoties æſtas ſit ſimilis ueri, ſudorum copiam in febribus expecta re oportet.

Finito ſermone de diuerſis efficacijs uẽtorum, quem interpoſuit, nunc ad ipſam temporũ diſputationem, quam ſuperius cœperat, redit. hoc ergo dicit: Si infecta fuerit æſtas, & ſimilis facta uer no tempori, ipſo anno febris qualiſcunque fuerit, per ſudorẽ finitur. Quia natura quoties temperata fuerit, calida eſt & humida, & ex ipſa temperie gaudet natura. Deinde, quia calidum & humidum celerius putrefit, humectatio euaporat, calor deficcat.

Aphor

APHORIS. VII.

PEr ſqualores febres acutæ fieri ſolent. Et ſi magna ex parte talis ſit annus, qualem fecerit conditionem, morbos quoque expectare magna ex parte oportebit. In temporibus naturæ legitimis, cumq; tempeſtiua tempeſtiuè reddũtur, morbi conſtantes, ſynceri, & faciles ueniunt: at uerò iniquis, inconſtantes, & iudicatu difficiles exiſtunt.

Hippocrates temporum nobis dat cognitionem, dicens: Si annus fuerit talis cõſtitutus, ut æſtas ſecundum ſe calida & ſicca non ſit, nec æqualitates temporum, æqualitas corporũ ſeruari non poteſt: niſi quum fuerit rata temporum qualitas pro natura ſua: tũc qualis fuerit annus, tales erũt ægritudines. Si uerò æſtas ſimplex fuerit, æſtiuales morbi orientur, ijſq; ſecundum tempus, qui non diu uigent, ſed ſoluuntur finiunturq;, quia naturales ſunt, non peregrini.

APHORIS. VIII.

PEr autumnum morbi acutiſſimi atque exitioſiſſimi accidunt magna ex parte. Ver ſaluberrimum eſt, minimeq; exitioſum.

Autumno ægritudines acutæ & mortales fiũt: quia hoc tempus per ſe duplici qualitate aëris uariat. Aliquando enim frigus mane eſt, in medio æſtus, & ueſpere iterum frigus: aliquando mane æſtus, in medio frigus, & ueſperi iterum æſtus. quod malum eſt. Quoties ergo æſtus mane fuerit, multis modis lęditur homo: uel quia ſe minus ueſtit, & frigus adueniẽs penetrat illum: uel quia calor aperit, & frigus ingreditur. Vnde aëre geminus dicitur autumnus. Item malum, quia materia melancholica creſcit in eo tẽpore. Vernum autem ideo melius dixit autumno comparatum, quia ægritudines quæ ex ſanguine fiunt, leuiores aliįs ſunt. Et rurſus, quoniam tempus temperatum eſt: in quo & ipſa gaudet natura.

APHORIS. IX.

AVtumnus tabidis malus eſt.

Sæpius Hippocrates autumnũ uituperat, tanquã ſi aliquis de inimico ſuo loquatur. Dicimus enim, non quòd ut inimicum eum uituperet, ſed quòd humanis corporibus quàm cætera tempora deterior ſit. Videamus quid ſit phthiſis, aut in quo loco afficiatur aliquis, aut quare huic autumnus malus eſt. Sciẽdum phthiſin ſecundũ Athenienſes nihil eſſe aliud, niſi ulcerationem, & tumorem in pulmonibus: unde & phthiſicus uocatur. Phthiſis dicitur conſumptio totius corporis, quæ fit duobus modis. Aliquando enim præcedit ulceratio

ulceratio, & tumor in pulmonibus naſcitur, & ſic fit conſumptio. Aliquando uerò primariò fit tumor, & poſtea ulceratio, & ſic conſumptio. Autumnus autem phthiſicis malus eſt, uel quòd ſiccitas ſiccitatem auget, uel quia innatum calorem, unde corpus uiuit, occîdit.

APHORIS. X.

OVod ad temporum attinet rationem, ſi hyems ſqualida & aquilonia fuerit, uer pluuium, auſtraleq́, febres acutas fieri æſtate neceſſe eſt, & lippitudines, & inteſtinorum difficultates: maximè mulieribus & ijs qui humidam habent naturam.

Inſtituit hic Hippocrates temporum qualitates permiſcere, & oſtendere quid ex iſtis euenire poſſit. Ait enim, hyemem uitiatam ſiccitate, & carere humectatione, ut dicat illam frigidam & ſiccam, quæ ex natura antea fuit frigida & humida. Vernum autem tempus inquit uitiari ab hyeme, ut ſit frigidum & humidum, quũ ex natura ſit calidum & humidum. Ergo hiſce temporibus uitiati ſunt humores craſſi ac humidi, ſicut & ipſa ſunt uitiata tempora: quod apparere in ipſis non poteſt, ſed aduenientе æſtate reſoluuntur, & erumpunt hæ ægritudines, febres, & dyſenteriæ. Quia

uerò dyſenteriæ mentionem fecit, dicendum eſ quid ſit, aut unde fiat, aut in quibus locis cõſiſtat aut quot ſint differentiæ. Sciendum itaque nihi aliud eſſe, quàm cõtinui diuortium, id eſt. ulcera tionem inteſtini, hoc enim continuum eſt: adue niens autem bilioſus humor radit inteſtinum, & exulcerat. Fit autem duobus in locis: in tenuibus inteſtinis, & in craſſis. Vnde ulcera mucoſa uider tur deijcere. Eſt dyſenteria hepatica & cruẽta. He patica eſt ab hepate, quum roſaceum ægri reddũ ſanguinem. Cruenta autem, quũ ex inferiori par te fluxerunt abundantia ſanguinis, ex inteſtino maiore, diuerſi coloris, nigri, ſubpallidi, & craſſi. Sed hæc ex accidentario ita nominatur. Proprium enim dyſenteriæ eſt, habere diuiſionem conti nui, id eſt, ulcerationem. Et ſi ex bilioſo fit humo re, talis eius ratio eſt: Materies illa quæ per anni tempora colligitur, uitiatur calore æſtatis, & fit ſalſa: ſalſedo exaſperat, & ulcerationem parit. Vn de regula eſt, nihil aliud dyſenteriam eſſe, quàm ulcerationem inteſtini. Lienteria autem fit ex con glutinatione ipſius humoris: ac dicitur in qua ci bus nec retineatur, nec mutetur in uentriculo. Ac cidit id quammaximè mulieribus, & his qui hu midi ſunt, propter ipſum glutinoſum humorem.

APHORIS. XI.

SEd ſi hyems auſtralis, tepida, & plu uia fuerit, uer ſqualidum aquilen-

tumq;

tumq́, mulieres quarum partus iuxta uer properant, abortũ ex qualibet cauſa facient.

Tres qualitates in hyeme fieri dicit: auſtralem, hoc eſt, calidã: tepidam, hoc eſt tranquillam: pluuialem, hoc eſt, humidam: uere enim dicit omnibus modis immutari naturam, ut qui fuit calidus & humidus, poſtea ſit frigidus & ſiccus. Mulieres quarum partus iuxta uer properant, abortum ex qualibet cauſa faciẽt. Sed inſpiciamus cauſam. Sciendum, quomodo ſeſe habuerit aër, ſic ſe habitura & corpora noſtra, uitium aëris corrũpit & obtundit corpora. ob quod matrix afficitur, quæ eſt inferior pars corporis, quúmque partũ ſuſtinet, os eius clauſum eſt. Quia uerò aër penetrabilis adeò eſt ubique, ut quoties aliquis refrigeratur, doleat uentre & inteſtinis: quanto magis omne tempus ueris ſentit celerius? Ergo dum frigus penetrauerit penitus, infans aërem frigidum ſentit, extenditq́ manum aut pedem undiquaq́, & rumpit ſecundas, quæ ipſum continent, & proiicitur foras. Abortus enim multis fit modis, quoties mulieres aut clamant, aut currunt, aut abſtinent, aut foueam tranſiliunt.

APHORIS. XII.

QVæ autem pepererint, imbecilles, ac morbidos ædent infantes, ita ut

aut ſtatim pereant, aut tenues atque ua letudinarij uiuant.

Si enim abortum non fecerint uitio temporis, & pepererint mulieres, fœtus aut ſtatim moriuntur, aut non uitales, morbidi, & imbecilles erunt. Vnde dicũtur naturales ægritudines, hoc eſt, iam inde ab utero conceptæ: aliquando ſcabies, & alia quãplurima illis obueniunt, atq; inde moriũtur.

APHORIS. XIII.

CAeteris difficultates inteſtinorũ, et lippitudines aridæ accidẽt. Senioribꝰ uerò deſtillatiões, q̃ citò interimãt.

Temporibus uitiatis, ipſóque inde humore, hæ oboriuntur affectiones. Dyſenteria enim fit ex ipſo glutinoſo humore uitiato, qui in ſalſedinem conuertitur. Sed quomodo in ſene, ſi defluxio, catarrhus dicitur, ex frigido eſt humore, & ſenex frigidus natura, celerius recedit? Huic quæſtioni ita reſpondeẽ, quòd ipſa materies uitiata eſt calore: unde & ſalſa effecta ſubtilior quidem eſt, & ideo celeriter recedit.

APHORIS. XIIII.

SI æſtas ſqualida aquilentáque fuerit, autumnus pluuius auſtrinúsque, dolores capitis, tuſſes, raucedines, grauedines, per hyemem exiſtunt: Tabes etiam nonnullos inuadit.

Aestatē scribit aliquādo posse à siccitate & frigiditate uitiari, ut relinquat calorē: Autumnū uerò perdere siccitatē, & acquirere humiditatē: hoc est, si ęstas sit similis autumno, & similis hyemi autūnus, capitis dolores erūt ex frigiditate: sicut & tussis, & raucedines, ex eo tēporis uitio fiūt: grauedinem uerò nunc pituitam dicit, quę meatibus colatorijs obstructis fit.

APHORIS. XV.

AT si aquilonius sit & siccus, uiris natura humidis, & mulieribꝰ ꝓdest: reliquis accident lippitudines aridę, & febres acutæ, & grauedines: nonnullos etiam atra bilis urgebit.

Aquiloniū dicit frigidū & siccū, qui conuenit mulieribus, & uiris natura humidis, quia siccitas humiditati cōtraria est: ergo alijs, id est, q nō sunt humidæ naturæ, lippitudines aridas facit: febres etiā acutas siccitas parit: & grauedines ex frigiditate fiunt. Itē atrā bilem excitat, & ideo diuturna erit ipsa propter hoc, quia uētus hic frigidus & siccus est, sicut & illa ex qua fit melancholicus. Naturaliter enim atra bilis frigida est & sicca.

APHORIS. XVI.

COnditionū anni squalores (quod in totū dixerim) salubriores quàm imbres minusq; mortiferi sunt.

Si tẽporũ annua ſiccitas fuerit, ſalubrior erit, quia minus inficiuntur corpora, & magis deficcantur: uel ſi ægritudines ipſo anno natæ fuerint, non ſunt malæ.

APHORIS. XVII.

MOrbi per imbres magna ex parte conſiſtunt, febres, alui fluores, putredines, attoniti, comitiales, anginæ.

Magna ex parte, dicit, febres prolixæ ideo fiunt, quia humectatio aëris conſtipat ſuperficiem, & euaporari calor non poteſt, ſed magis gemina tur. Fluxus alui ex humiditate fit, quia humida reſoluunt. Putredines nutriũtur humido, ut quod plus putrefaciat quàm ſiccum. Comitialis morbus nunc ex humiditate fit: apoplexia eodem modo, ſicut & angina.

APHORS. XVIII.

PEr ſqualores, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia urinę, difficultates inteſtinorum fiunt.

Siccum tempus lippitudines aridas facit. Sed quomodo articularis morbus in ſicco tempore fit, qui ex humido humore eſt? Huic queſtioni ita reſpõdendum: quia morbus ille multis modis cõtrahitur, ex humore, & ſiccitate: & deinde, quia uitium hoc alterius tẽporis eſt. Dyſenteria enim ex

ipſo

ipſo tempore eſt, Stranguria uerò ex ſiccitate fit.

APHORIS. XIX.

CONditionum quotidianarũ, aquilones corpora conſtipatiora, contentiora, mobiliora, coloratioraq; faciunt: auditum etiam adiuuat, ſed aluum ſiccant, oculos mordent: & ſi in pectore dolor aliquis præeſt, acrius excitatur.

Aquilonem hic commẽdat antè reprobatum, ſed hoc nomine quòd cõdenſet corpora, hoc eſt, confirmet: unde facit homines fortes, & facilitatem auditus, deſiccans humiditatem cerebri. Colores enim ideo bonos facit, quia deſiccat humida, deſiccatis excitat calorem, & rubicundi efficiuntur homines. Quęras fortè, quo modo duo cõtraria operentur in uno tempore, ut uentres ſiccentur, & oculis lachrymę oboriantur. Quod ita accipiendum: Siccitas uentrem conſtringit, ſicut & in febricitantibus. Ipſa quoque ſiccitas interiora premit, & lachrymas excitat. Sicut ſpõgia, ſi plena fuerit ſupra modũ, deſtillat: ſi mediocriter, continet: quæ ſi in manum uiri fortis detur, humorẽ reddit. Dolores laterum facit & pectorum: quia ſemper in concauitatibus dominatur hic uentus. Exempli gratia: Si quis in concauitatibus ſteterit, inter duo oſtia, amplius illi uentus obuenit: unde & in uallibus magis ſpirat. Si antea fuerint do

lores in pectore, quamuis mediocriter ſpirauerit iſte uentus, tunc increſcunt dolores illi.

APHORIS. XX.

AVſtri corpora diſoluunt & hume faciunt, caput aggrauãt, auditum obtundunt, uertigines mouent oculis, & corporibus afferunt tarditatẽ, aluos etiam humefaciunt.

Naturam auſtralium repetit, eò quòd per eos plura incommoda fiant. Natura uerò ipſorum ca lida eſt & humida, & diſſoluũt corpora: ſicut mar mora uidemus reſudare in tali aëre, & cætera quę in terra ſunt. His cõtrarius eſt ſeptentrionalis, eò quòd ab illis omnino qualitatibus contrarijs rece dat. Quantum ergo ſeptentrionalis deſiccat, tan tum auſter humectat. Capitis itaque grauedinem auſter facit, quia cerebrum noſtrum frigidum eſt & humidũ. Humectatio aëris, humidum auget, unde parit grauedinem: unde & auditum ob tundit, hoc eſt, difficilem facit. Vertiginem ue rò in oculis affert, quia ſicut uẽtus ſeſe eleuans, & puluerẽ in ſublime rapiens circuitũ molitur: ſic & uertici noſtro arteriæ & uenæ uentos ex reſoluta humectatione miniſtrãt, & tũc oboritur in oculis girus, & uidet eſſe uertigo. Hinc corpora ex his humectantur, quia humida humidis reſoluũtur.

Aphor

APHORIS. XXI.

PEr tempora anni, pueri & qui ętate his proximi ſunt, uere atq; prima æ ſtate optimè degunt, & maximè ualent.

Oſtendit Hippocrates duo tempora, & duas item ætates, inquiens, in fine ueris, & initio æſtatis, pueros & iuuenes bene ualere. Videamꝰ quare. Nimirum quia uer ubi finem habet, æſtas incipit: Sic finita ætate puerili, iuuenilis initiũ habet, congruę ſunt ætates ad tempora. Simili modo humores ſuaues periculum facere nõ poſſunt. Item bene ualent, quia etiam ſi ægrotent, citò finiuntur ægritudines eorum.

APHORIS. XXII.

SEnes æſtate & autumno aliquãdiu, reliquo autumni tempore, qui media ſunt ætate, melius ualent.

Sicut iuuenis & puer in ſuo tempore ſani ſunt, ſic qui tranſeunt à iuuentute in ſenium, fine autumni & initio hyemis ſani ſunt: quia ſicut tempus eſt, ita & ætas.

APHORIS. XXIII.

MOrbi omnes quidẽ temporibus omnibus accidunt, ſed nonnulli certis quibuſdam & oriũtur & irritãtur.

Hoc docet in præſenti, omnes ægritudines in omnibus fieri temporibus. Tamen qui in tempore ordinatim fiant, paulò inferius eſt dicendum. Aliter: Omnes ægritudines dicit in omnibus temporibus, hoc eſt, in continuatione temporum fieri: id eſt, non omnes in ſingulis temporibus, ſed aliquas in aliquibus.

APHORS. XXIIII.

VEre em̃ atrę biles, furores, comitiales, ꝓfuſiones ſanguinis, anginæ, tuſſes, grauedines, raucedines, lepręꝫ, impetigines, uitiligines, puſtulæ ulceroſæ plurimęꝫ, tubercula, articulorũ dolores.

Suprà Hippocrates commiſcuit tempora, æſtatem, hyemem, & autumnum, cum uere: & docuit quæ potuiſſent euenire ægritudines, quod in ſuperioribus probè explicatum eſt. Nunc quoꝙ conatur oſtendere quid ſecundum ſe faciant tempora. Sed antè quàm incipiamus, quæramus de uere, cur dum ſæpius illud laudaſſet, & præpoſuiſſet cæteris temporibus, nunc tantas taléſque ægritudines in ipſo fieri denunciet. Huic quæſtioni reſpõdendum eſt audaćter: Omnia non eſſe ex eodem tẽpore, ſed ex alijs etiam hic prodire. Quod enim colligitur in autũno & hyeme, uere ſe prodit. Nã craſſa calor ueris reſoluit, & ſuggerit ægritudines non ſolum ex poſteriori, ſed etiam præce-

dente

dente tempore: quia unum tempus duobus finitimum est: ut ueris initium propinquum est hyemi, finis autem ipsius æstati. Ergo proprium non habet nisi unum mensem, qui in medio est constitutus. Sic & æstas, & omnia quatuor tẽpora. Vbi enim finitur æstas, autumnus incipit: ubi uerò autumnus finitur, hyems exorditur: ubi hyems terminatur, uer initium habet. Videamus ergo quæ ægritudines sunt ex autumno, & quæ ex hyeme: & quæ æstate, quæ uere prodeũt. Et quæ propriæ ueris sunt? Insania, morbus comitialis & melancholia: quia ex atrabilari materia fiunt. Sed si ex una sunt materia, unóque loco, quomodo differentes sunt hæ passiones? Huic quæstioni ita respondemus: Omnis læsio tribus modis est, aut nimia, aut media, aut maxima: sicut nũc ex una materia sunt tres affectus, & ab uno principio, sed diuersis locis: morbus comitialis in imaginatione, melancholia in ratione, insania in memoria est. Sed cur nõ magis insania in ratione, quàm in memoria? Quia ratio memoriæ ministrat. Dicit eñ illud maius esse, quod congregatur in memoria, quàm quod in ratione, ideo fortior lęsio est in memoria: quãtò ergo imaginatio minor est illis, tantò habet minorem offensam morbus comitialis: adeò ut aliquibus post duos mẽses, aliquibus post sex eueniat: si tamen se bene gerant, etiã post unũ annum. Melancholia enim fortior est morbo comitiali: nam quotidie commouetur, quum ratio-

nem obtinet. Insania remissionem nō habet: ideo & dementes semper sunt: omnes tamen tres principia occupant cerebri. Sanguinis uerò fluxus exuerno est tempore. Item angina, & quæ è sanguine fiunt: grauedo uerò ex hyeme est, quæ è crasso humore nascitur, quum meatus narium colatorij obstructi sunt. Raucedines ex humectatione sanguinis fiunt, adeò ut quicquid humidi ædiderit, sonitum non reddat. Tussis ex hyeme est. Lepræ & impetigines ex sanguine pituitoso oriuntur, hoc est, pituita salsa. Lepra em̄ dicitur, quū in toto corpore excoriatio fuerit, & inflāmationes, in cuitu squamæ, & in medio rubor. Atq; hęc ex hyeme prodeūt. Vitiligines dicit, quę aliquādo ex pituita, aliquādo ex melācholico humore fiunt. Itē pustulas dicit, ut est putredo & scabies quę ex sanguine & melācholico hūore est. Articulorū dolores ex hyeme sunt, q ex pituitoso hūore cōtrahūt.

APHORIS. XXV.

Aestate nōnulli ex his, ac febres cō
tinuæ, & arbores, & tertianæ plu-
rimæ, uomitiones etiam, alui profluuia,
oculorum & auriū dolores, oris ulcera,
genitalium putredines, & sudamina.

Aestate enim accidūt aliqua ex uere, aliqua ex æstate, ut sunt febres acutæ. Continuæ em̄ febres sunt, causon, & synochus, & cōtinua febris. Causon

ſon em̃ incendium dicitur. Fit ex bilioſo humore aliꝭ intermixto. Itẽ tertianæ hoc tẽpore potiſſimũm ſubnaſcũtur: ad hæc uomitus. Alui ꝓfluuia ex bilioſo humore ſunt, qui ad excretionẽ titillat. Oculorũ itẽ dolores ex illa materia cõſtituuntur, unde & ſicci ſunt. Tum auriũ dolores, qa per has excremẽta ferunt, & dũ craſſa fuerint, obturationẽ faciũt. Oris aũt ulcera ipſa acredo bilioſa cõcitat. Putredines genitaliũ adiunxit, quia loca ſunt calida & humida, ſuperueniens illis bilioſus humor celeriter putreſcit. Sudamina hoc tẽpore plurimũ erũpũt, qa bilioſꝰ humor celeriter euaporat.

APHORIS. XXVI.

AVtumno, magna pars æſtiuorũ, atque etiam febres quartanę & eroneę, lienes, atq; inter cutem, tabes, ſtillicidia urinæ, læuitates inteſtinorum, coxẽdices, anginæ, anhelationes, uoluuli, comitiales, atræ biles, furores.

In fine æſtatis, & autumni initio febres fiunt quartanæ. Nam aliquando ex bilioſo peruſto fit melancholicus, unde contrahitur quartana. Erraticæ autem fiunt febres: quia aëris qualitas dupliciter euariat. Hydrops quoque à liene fit, quum ignari medici tumorem in ſplene deprehendentes, dicunt ſe poſſe illum per cataplaſma reſoluere, ille in aquã conuertitur, & fit hydrops. Phthi-

sis uerò ex ipsius temporis siccitate & frigore contrahitur. Stillicidia urinæ sunt, quum aliquis guttatim mingit: unde dicitur græcè στραγγουρία. fit autem ex frigore ipsius temporis. Lienteria quoq; hoc est, læuitas intestinorum, ex glutinoso humore & hyeme contrahitur. Coxendix ex pituita fit, quum descendit per recta ossa in commissuras, & fit ibidem conglutinatio: idq; ex hyeme est. Angina ex pituita nascitur, sicut & anhelationes. Voluulus dicitur affectus, qui propter uehementiam doloris tale accepit nomen. Fit autẽ pituitoso humore resoluto in flatus, unde aliquando torquetur intestinũ. Morbꝰ comitialis, insania, et melancholia ex ipso tẽpore fiunt. Articulorũ dolores ex pituitoso humore fiunt, quod etiã est ex hyeme.

APHORIS. XXVII.

HYeme, costales, pulmoniæ, grauedines, raucedines, tusses, dolores laterum, pectorum, lumborum, dolores capitis, uertigines, attoniti.

Pleuritis multis modis causisq; accidit: aliquando ex calore, aliquando ex frigore. Vnde aliquibus sanguinem dimittimus, aliquibus non, aliis lanam oleo calentem imponimus, ut æstate, quando fit ex bilioso humore, qui adurit mẽbranam illam costas succingentem, ubi fit propriè pleuritica affectio. Aliquoties medicamina calida & unguenta

guenta adhibemus, ut in hyeme, quum fit ex frigido humore. Bilioſus adurit & tumorem facit, pituita aggrauat, ac per hoc utraque tumorem faciũt. Tumor extẽdit membranam illas coſtas integentem, & confricatur ad latera, quæ pleura dicuntur, unde & pleuriticus morbus eſt nuncupatus: dolores autem graues facit, quia molle cũ oſſibus confricatur. Raucedo quæ Branchos dicit, id eſt, præfocatio thoracis, fit ex pituita. Itẽ tuſſicu læ, & laterũ, & pectorum, & lumborum, & capitis dolores omnes inde cõtrahũtur. Sicuti & apoplexiam diximus originem ex pituita habere.

APHORIS. XXVIII.

PEr ætates hæc accidunt, paruis & recens natis puerulis, ulcera oris, uomitus, inſomniæ, pauores, inflammationes, umbilici, humores auriũ.

Exequutus temporum rationem, ad ætates deſcendit, oſtenſurus quæ in quibus ætatibus euenire poſſint ægritudines. Sed quum ſæpius de ætatibus loquutus ſit Hippocrates, nũquam talem definitionem ætatum dedit, qualem nunc. Nam ſæpius ſex definuit ætates, nunc mutato ordine plures enumerat, adeò ut ab his qui recèns nati ſunt, incipiat diſputare. Sed quæſtio nobis eſt, utrũ de pueris tantum dicat, an de puellis. Sed nunquam reperimus de puellis eum diſputaſſe. Dicimus ue

rò, quia quum omnia corpora noſtra medicinæ ſubiecta ſint, utique de puellis ſimul cum uiris diſ ſerere. Ponit autem uomitus, iactationes manuũ, & uigilias. Sed quomodo uigilias in infantib⁹ nu per natis adducit, quum ſomnum ex frigiditate & humectatione fieri dicat. Infantes aũt tam ſunt humidi, ut & oſſa humentia habeant? huic quæ-ſtioni reſpondemus: Multa in unum conueniũt, ut è contrario uigilias patiantur. Sciendum infan tem ab utero per umbilicum pendere, per quem & nutritur, & dum recèns æditur multis patet in iuriis: primò, quia abſcinditur illi umbilicus: ſe-cundò, quia ab aëre uexatur: tertiò, quia aduenientes mammæ aperiunt illi os, recèns ſuſcipit pa-latum, recèns uentrem, recèns uirtutes operatri-ces. Hæc omnia de nouo ſuſcepta exacerbationẽ præſtant, ut umbilicus dolorem, dolor uigilias fa ciat. Vomitus patiuntur propter copiam lactis in geſti: Iactationes manuum propter frigiditatem aëris. Vnde & colligantur à nutricibus. Idque tri plici de cauſa: Vna, ut directæ ſint manus & pe-des: altera, ne iactitantes contorqueantur: tertia quoque, ut conſtricti ab aëre minimè corrumpan tur: minimè enim corrupti minus dolent. Auriũ humorem patiuntur: quia paruum nutrimẽtum accipientes, totum ad concoctionẽ naturæ tranſ-ferunt: in cerebro uerò concoctio obitur, quum in aurium cauernis quatenus nouitas ſinit, pin-guis inuenitur materia, quæ in duritiem conco-

cta,

cta, tumorem aurium facit, unde humores procreantur. Dicimus enim ipsum lac quod accipiũt, concoctioni magis proficere quàm excretioni. Ideoq; humoribus ministrat, qui adhuc indigent.

APHORIS. XXIX.

PAulò ætate progredientibus, quũ dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, aluí fluores, maximè quum canínos ędunt, & íjs potíssimum pueris, qui corpulentíssimi sunt, & aluos habent astrictas.

Discedens ad aliam ætatem, quæ est à septem mensibus usque ad annum, ait, dum dentire incipiunt, affectusq; commemorat. Et quoniam nobis sermo de dentibus ortus est, uideamus quot sunt dentes, utrum nascantur, an insint naturæ, & utrum ossa sunt, aut quid sunt, si ossa nõ sunt, quare cadant & renascantur, aut quot differentiæ eorum existant, aut aliqui eorum quomodo nuncupentur. Sciẽdum, dentes ossa esse, qui propterea non apparent dũ natus fuerit infans, quòd inter gingiuas sunt: & tale quidem accidit istis, quemadmodum caballis, dum ordeum adhuc comedunt: pòst enim dum creuerint, dentes erumpunt: unde & aliqui eorum cum dentibus nascuntur. Differentiæ dentium sunt tres. Anteriores, incisorij nuncupantur: quia omne quod assumitur,

tepns de titionis.

ipſi primùm incidunt, ideo debiliores ſunt radicibus, ut qui primum egrediantur, & quantò infirmiores radicibus, tantò & ſuperius ſubtiliores. Ab his canini uocantur quatuor numero, duo in dextra maxilla, & duo alij in ſiniſtra: dicti autem quòd canes ipſorum præſidio oſſa frangunt. Sic itaque in hominibus eſt: quod inciſorij non poſſunt rumpere, illis traditur ut confringant. Poſt ipſos ſunt molares, qui inciſa atque cõfracta ſubigunt, & moliunt. Hi poſtremi naſcũtur. Ideo autem renaſcuntur dentes, quia à radicibus remittuntur: ſicut ſæpe in arboribus uidemus, quũ abſciſa talea, à radicibus germinant frutices. Videamus ergo quomodo pariant gingiuarum prurigines. Nimirum quoniam ex alto pungũt ſuperficiem, titillatum excitant, febres aliquando inde naſcuntur. Spaſmum dicimus duobus modis fieri, aut ex repletione, aut ex inanitione. Nũc ex repletione eſt, quia febres reſoluunt craſſam materiam, faciuntq; tumeſcere muſculos: ſolutio enim uentris ex febre fit. Maximè iſta patiuntur, quando caninos eijciunt dentes, quia maiorem excitãt dolorẽ: & pueri qui craſſi fuerint, uentris cõſtricti onẽ patiuntur, propter ipſam craſſam materiam.

APHORIS. XXX.

A Dultioribus iam, tõſillæ uertebræ in occipitio, ſiue luxatio in partẽ interiorem, anhelationes, calculi, lumbrici

brici teretes, aſcaridæ, uerrucæ, ſatyriæ, ſtrumæ, & reliqui abceſſus, ſed præcipuè quæ enumeraui.

Digreſſus hinc ad aliam ætatem ſe confert, ſcilicet, mediam inter pueritiam & pubertatẽ. Tonſillæ ex pituitoſo humore fiunt: quia in iſta ætate iam comedunt incompoſitè, & minus exercitantur, & propter hoc craſſos nutriũt humores. Vertebrę in occipitio uigintiquatuor ſunt in nobis, ſex ceruicis, & duodecim ſpinę, & ſex renum, quorũ nomina & ratio in anatomicis dicta ſunt. Ceruicis uertebræ in iſta ætate interius ingrediuntur, & mouent præfocationem & anhelitum: unde & in angina cucurbitulas ceruici apponimus. Intus autem ideo, quia nouiter ad ſarcinas applicantur, & tenues ſunt, & ideo intus mergun tur: unde & nũc in ceruice nihil poſſunt ferre. Deinde craſſus humor reſoluit illos, intróque inclinat: unde & luxatio ipſa affectiõ nũcupatur. Calculos petras dixit, quæ in ueſica fiunt, ex ipſa materia pituitoſa. Lumbricorum uerò tres ſunt differentiæ, aſcarides, qui ſunt ſimiles cucurbitæ ſeminibus, rotundi, aliíq; longi: qui etiam quatuor cubitorum longitudine reperiri ſolent. Hæc ergo ſunt corpora animata in corpore, quæ ex humoribus naſcuntur. Sed loci qualitas facit ut alíi ſint rotundi, alíi longi. Quare autem non dixit aſcaridas omnes? quia ſuis differentijs inter ſe ſeparan-

tur. Aſcarides autem uocati, ex melancholia naſcuntur: qui rotundi, ex bile rufa procreãtur: longi ex pituita ſunt. Verrucę uerò ſingulatim ſunt: ſatyriaſis una excellens, & circa ipſam plures inueniuntur, tamen utræque ex pituita fiunt. Struma eiuſdem humoris congelatio eſt: reliquíque abceſſus, ut ſteatomata, ganglia inde contrahuntur.

APHORIS. XXXI.

ADoleſcentibus iam et puberibus, magna eorum pars accidit, atque etiam febres diutinæ potius, & ſanguinis è naribus profuſiones.

Confert ſe ad aliam ætatem, quę iam ad iuuentutem tendit. Hoc enim de adoleſcentibus & puberibus dicit: Nempe febres acuras ipſis oboriri, ac id, quia ſanguis in ipſis abũdat, & pituita. Sanguis enim fluxus ex copia humoris accidit.

APHORIS. XXXII.

PLurimi uerò affectus puerilis ætatis iudicantur aut intra quadrageſimum diem, aut intra ſeptimũ menſem, aut intra ſeptimum annum, aut quum ad pubertatem itur. Qui autem perdurarint, nec ſolui potuerint pubeſcẽti, aut fœminæ quum menſtrua erumpunt, iſs conſeneſcere aſſolent.

Oſtendit

Oſtẽdit Hippocrates ſuprà dictarum affectionum iudicationem, atque ſolutionẽ. Dicit enim, aliquas intra quadraginta dies iudicari, ut pleuritidem in peripneumoniam cõuerſam: alias intra ſeptimum menſem, ut quartanam: alias inter nouem menſes, ut morbum comitialem in infantibus: alias intra ſeptimum annum, ut morbum comitialem in iuuenibus. Quæ enim his non finierint temporibus, cum ipſis conſeneſcunt: quæ uſque in immutationem alterius ætatis perſeuerãt, ſi puellæ fuerint, per menſtrua ſoluentur: ſi iuuenes, per ſanguinis fluxum, & mutatione ætatis ali quando iudicari ſolent.

APHORIS. XXXIII.

IVuenibus ſanguinis ſcreationes, tabes, febres acutæ, comitiales, & reliqui morbi, ſed præcipuè quę enũerauit.

Inde ad iuuenes tranſgreditur. Iuuenibus, inquiens, ſanguinis ſcreationes oboriuntur. Nam is potius ipſis abundat. Phthiſis, quę conſumptio dicitur, iuuenibus celeriter euenire ſolet. Febres acutæ ex bilioſo humore fiunt. Morbus comitialis uitio alterius humoris eſt: & aliæ ſimiliter ægritudines, quæ in iſtis eueniunt ætatibus.

APHORIS. XXXIIII.

QVi hanc ætatem exceſſerunt, iſis anhelationes, capitis dolores, co-

ſtales, pulmoniæ, obliuiarij, delíria, ar-
dores biliares, alui fluores longi, chol
ræ, difficultates inteſtinorum, læuitates
inteſtinorum, mariſcæ.

Hic exequitur ætatem quæ iuuentuti ſuccedit,
atque hæc ei dicit accidere. Cephalæa fit ex bile in
ſtomacho contenta cum flatu, cuius fumus peti
cerebrum, & dolorem capitis facit. Pleuritis & pe
ripneumonia quammaximè ex pituita fiunt. Peri
pneumonia eſt affectus pulmonũ peracutus. Le-
thargus & phrenitis affectus ſunt cerebri. Sed le-
thargus à phrenitide differt: quòd ille ex pituita
fit, & cum oppreſſione cerebri grauem ſomnum
inducit: Hæc autẽ aliquando ex bile fit, ut demen
tia ſequatur, & exagitatio incompoſita. Cauſon
autẽ ardens febris ex bile naſcitur. Cardiogmus
quoque dicitur ſtomachi uitium, licet nomẽ à cor
de habeat, quod nunquam afficitur, membrana
autem ſeu in uolucrum ipſius & tumore & dolo
re afficitur. Cor autem ipſum nunquam patitur,
quia duas aures habet, unde egrediuntur duæ ar-
teriæ. Illa quæ in ſiniſtram partem uadit plus ſan
guinis habet, ideóque ex ipſa parte uenam incidi
mus: illa uerò quæ in dexteram, plus ſpiritus. Vn
de & in dextera manu pulſum tangimus. Alui flu
ores ex eadem cauſa proueniunt. Item cholera fit
quum ſuprà infráque bilis erumpit: & ab humo-
re affectus nomen accepit. Difficultas inteſtino-

rum

rum biliosum quoque humorem comitatur. Læuitas intestinorum, oritur ex glutinatione intestinorum, & debilitate contentiuæ uirtutis. Mariscę sunt uenæ quæ egrediuntur ab epate, & ueniunt per dorsum deferētes melancholicū sanguinem. Ergo hæc in ista ætate fiunt quāmaximè, ubi melancholicus humor abundat.

APHORIS. XXXV.

MAioribus natu, difficultates spirandi, distillationes, tusses, stillicidia urinæ, difficultates urinæ, articulorū dolores, renum dolores, uertigines, attoniti, mali habitus, aspredines totius corporis, insomniæ, alui, oculorum, & auri um humiditates, hebetudines oculorū, glaucomata, grauitates aurium.

Hucusque Hippocrates ætates uidetur persequi. Hæc enim quam modò ponit ultima est. Sciendum itaque calotem naturalem in senibus minimè uegetum esse, quum frigidam & humidam habeat materiam. Eóque tales in ipsis nascuntur affectus, difficultas uidelicet spirandi, quæ nimirum ex frigida materia constituitur: & sicut araneæ intexunt telas, ita & intra arteriam confinia fit obumbratio, unde difficultas illa contrahitur. Distillatio & tussis eadem fiunt materia. Item stillicidia urinæ, quæ guttatim emittitur, & difficul-

tas urinæ eodem modo gignuntur. Porrò articu lorum dolores, & renum dolores ex pituita quo que proueniunt. Vertigo autem quo modo fiat aut ex qua materia, ſuperius dictum eſt. Apople xiam etiam docuimus originem ex pituita ha bere, unde & nunc fit. Malos habitus in ſenibu quammaximè reperimus. Tum aſpredines totiu corporis, ex ſalſa pituita, quæ ſuperficiem petit proficiſcuntur. Sed cur uigiliæ torquent hanc ætatem, quum ſomnus ex humectatione fiat, & ſeniores humidi ſint natura? cur uigilijs, & non magis ſomno afficiũtur? Quibus reſpondẽdum eſt Seniores, uigilias propter indigentiam patiũtur humidi quidem ſunt, ſed humectatio partium ipſis iam diminuta eſt. Nam ex humiditate fit ſanguis, quando mediocris fuerit. Ventris autem ſolutio, aut qualitate fit, aut quantitate. Qualitate corborum, quum concoctio expeditè obitur. Quantitate humorum, quum ex ipſorum glutinatione fit. Hic autem ex ipſa cõglutinatione humoris fit. Item oculorum & narium humiditas quammaximè in ſenibus eſt, quia quicquid humidum eſt ſemper decurrit. Hebetudo oculorum per ætatem accidit. Glaucomata accidunt, quoties quatuor tunicæ oculorum humectationẽ perpeſſæ fuerint, & opticus neruus apertior fuerit, & in tertia tunica infixus. Vnde procul nihil uident, propè autẽ uident. Grauitas quoq; auriũ ex eadẽ fit materia.

Liber

LIBER QVARTVS.

APHORISMVS PRIMVS.

VIerem utero gerentẽ purgabis medicamento, ſi materia turget, quarto menſe, & ad ſeptimum uſque, ſed eas minus: à recentiore autem & auctiore cauebis.

Huc uſque tertia particula durat, in qua Hippocrates tam uentorum, quàm tempornm, ætatum, & ægritudinum nobis certam manifeſtauit rationem. Nunc incipiens quartam, de grauidis ſermonem inſtituit. Quum uerò de purgationibus diceret, quæ ſunt tam uirorum quàm mulierum, bene mulieres grauidas introduxit: dicturus enim de earum purgationibus eſt, quarũ corpora ſimiliter uiris medicinæ ſubiecta ſunt. Et qui per omnia doctum uoluit eſſe medicum, hoc addidit, ut dum repererit grauidas laborare acuta ægritudine, ipſis ualeat ſuccurrere. Et præcipit à quatuor menſibus uſque ad ſeptem fieri purgationẽ: à ſeptimo aũt uſq; ad nonũ, & donec enixa fuerit, non item. Quæras hic, cur à primo uſque ad quartum menſem, & à ſeptimo uſque ad nonum, purgationẽ nolit dari, ſed in medio iubeat. Nimirum, quia ſubtilis eſt adhuc ipſa ſeminis coa-

gulatio. In medio autem iubet fieri, quando iam ueluti confirmatum eſt ſemen. In ultimo uerò nõ iubet fieri, propter quantitatem: quia & uenæ & arteriæ plenæ ſunt, & matrix iam nimium repleta eſt, adeò, ut ſi uel graues odores ſenſerint, ipſa ſubſtantia deponatur. Videamus quo modo fiat conceptus, aut quid prius in utero fingatur. Cõceptus autẽ fit ex ſemine uiri & mulieris poſt purgationẽ ueniẽte ſimul in matrice. Sed matrix multa habet membra, habet labia, habet collum, habet pectus, habet fundum. Quæ eſt ſimilis cucurbitæ medicinali. Nam non eſt ſimilis matrix matrici cæterorum animalium, unde aliquando genitale uiri fugit adeò. Nam mulieres quæ uolunt uiros ſuos deludere, diaclyſmare ſe faciũt, & matrix ſuo calore & flatu, ad ſe illud trahit. Et tale quid naturæ ipſius accidit, quale ceruo, qui appoſita nare ad orificiũ foraminis ubi eſt ſerpens, flatu ſuo extrahit illum. In utero autem fingũtur prius uenæ & arteriæ. Sed quomodo, dum uenæ ab hepate ſunt, arteriæ à corde, & principium per ſe non habent, fieri poteſt, ut ea quæ à principio procedunt, antea ſint? Pone eſſe hortum ubi cupit paterfamiliâs holus procreari, conſiderat autem locum eſſe aridum, & æſtate ſuperueniente ea quæ ibi ponuntur arefiunt. Et quid tũc? Pone eſſe foueam ante hortum, unde aquam deducit per fiſtulas, ſed prius aquã colligit fouea in unũ, qua collecta dirigit eam per fiſtulas ad hortum.

Sic

Sic itaque & natura in conceptu prius arterias & uenas molitur: at ubi uenerit ad principia ſua, habet per quod deportari poſſit, in toto corpore ad unumquemque locum. Nam in utero uenæ uenis, arteriæ arterijs iunguntur. Vnde Hippocrates cautè purgari præcipit.

APHORIS. II.

IN medicamentorum uſu ſi talia ducuntur ex corpore qualia uel ſponte exeant, utile eſt: ſi contrà, cohibendæ ſunt.

Spõte dixit ex natura. Vult autem ut medicus conſideret, qualis in aliquo abũdet materies. Aut ſi antea uentris fluxum pertulit, aut purgationẽ, ſi ad ipſum humorem abundantem offerat auxilium. Quod enim cõtrarium eſt, cohibere iubet, id eſt, non purgare.

APHORIS. III.

SI quale purgari oportet, tale purgatur, prodeſt, & facilè fertur. Si contrà, difficulter.

Id dicit, Si purges qualia dominantur naturæ, facilè fertur. Et quando ſciam facilè ferre, & tolerare? Nimirũ ubi ceſſauerit affectus. Si autẽ aliud purges, quàm quod dominatur, congruũ nõ eſt.

APHORIS. IIII.

AEstate potius suprà, hyeme infrà, ducendum medicamentis est.

Superiora dicit esse purganda æstate, inferiora uerò hyeme: quia æstate bilios⁹ humor cresc⁹, qui leuior cæteris est, & superna facilius petit duo bus modis: uno, quia ad similem sibi confugit aë rem: alio, quia leuior est, ueluti oleum, quod si uo lueris in uinum mittere aut in aquam, semper su pernatat. Sic & bilis æstate superiora petit, Hye me uerò quum pituita abundat, inferius illa pur gari iubet: quia omnis calor naturæ, hyeme inferi us est. Deinde quia crassa, inferiora melius petũt. Nam rursum si uolueris prouocare, multis mo dis lædit, uno, quia conturbatur natura: & alio, quia ad peregrina loca nõ uenit: deinde, quia de bilem reddit uirtutem. Nomine uerò hyemis si gnificat etiam uer & autumnum.

APHORIS. V.

SVb cane, & ante canẽ, medicamen torum usus difficilis est.

Videamus quid sint caniculares, aut quare Hip pocrates ante ipsos & post dicit, non autem in me dio: Canis est stella quæ Syrius dicitur, quæ adue niens æstiuis mensibus, penè in medio centro cæ li est. Sol uerò ad eadem ascendens loca, super uer

ticem

ticem noſtrum eſt hoc tempore. Et tale quidem natura patitur tũc, quum eſt caniculę ſubiectus, quale ſcuto ſuppoſita lucetna: quam ſi ſub ſcuto poſueris, ſiue ad labiũ, ſiue in medio, ſemper ſcutum ſuper ipſam eſt. Canicula ergo quæ eſt peſtifera, à ſole ſubiecto inflammata, terrã calore reuerberat, & ſuis uaporibus inficit. Nam terra cælo ueluti punctum eſt. Ergo in eo tempore ſol in ipſa lineamenta aſcendens, id eſt, in quatuor, quę ſunt inter tria & tria, unde oriuntur uenti, & ſol, ſolſtitium facit, & canicula fricatur cũ ſole ipſo, & calor eius eo duplicatur, quemadmodũ æſtus, & diſſoluuntur corpora, et euaporantur: quia calor ad ſimilem ſibi aërem confugit. Vnde eo tempore moleſtæ ſunt purgationes. Antè & pòſt dixit eſſe periculum, duobus modis, uel ut ſubintelligas in medio mortem, uel quia philoſophi extrema attingunt, ut media ſubintelligantur.

APHORIS. VI.

MAcilentos ad uomitũ faciles purgandos ſuprà curabis, cauendo hyemem. Qui autem ad euomendum difficiles ſunt, & corpore mediocriter cõſtant, infrà purgabis, cauendo eſtatẽ.

Macilentos dicit eos qui graciles ſunt, qui bilioſa abundant materia. Et his ſi quando conſuetudinem habuerunt antea uomere, quum cauſa

expoſcit purgationem æſtate, tunc ſuperiora iubet purgari, multis modis, uno: quia conſuetudo fuit uomendi: alio, quia facilius hoc fuerit in æſtate: tertio, quia ſunt macilenti, qui bile ſcatent. Difficile autem uomentes, & qui mediocriter craſſi fuerint, hyemis tempore expedit inferius purgari magis quàm ſuperius: partim quia craſſa materia inferiora bilis petit: partim quia non eſt conſuetudo uomendi: tertio, quia nec tempus conuenit.

APHORIS. VII.

TAbidos caue unquã ad ſupernas ducas euacuationes. At uerò atra bile commotos plenius infrà: eademq; ratione contraria afferes.

Tabidos dicit phthiſicos, hoc eſt, tumorem habentes in pulmonibus: qui ſi purgationem expoſcunt, inferius iubet purgari, ſicut & melancholicum humorem qui propter frigiditatem ſuam inferius uergit. Sed poterat ſuperius purgari, niſi frigiditas eum retraheret.

APHORIS. VIII.

IN ualde acutis die primi uacuandum eſt, ſi materia turget. Superſedere eã in eiuſmodi, malo eſt.

In ualde acutis quæ uſque in quartum diẽ durant, ut eſt angina, aut apoplexia, primo die purgatio

gatio debet fieri. Si morari uolueris, malum eſt, quia morbus non expectat.

APHORIS. IX.

QVibus tormina circa umbilicum fatigant, & labor atque lumborũ dolor infeſtat, nec medicamento, aut ullo alio modo ſolui cruciatus poteſt, ijs in aquã inter cutem ſiccã decumbitur.

Hippocrates per omnia doctũ uoluit eſſe medicum, tanquam augurem. Hic enim niſi præſentia, præterita, & futura prænunciauerit, non meretur laudem. Huiuſmodi ergo medicum uoluit eſſe, ut affectus quos in tempore non poteſt purgare, prædicat in quas uertãtur ipſi ægritudines, ſicut & nũc docet. Si quis dolorem patiatur umbilici, & lumborum, & multo tempore non ſoluuntur, omnibus illis adhibitis præſidijs, & quę legit, & quæ à magiſtro didicit, & nihil proficiatur, tũc prænuntiare debet hydropem. Interroges Hippocratem: Quum hydrops ſiccus nunquam fiat, niſi hepar pertulerit, aut affectũ ſimul fuerit, adeò, ut nihil aliud ſit hydrops ſiccus, niſi penuria ſanguinis, qui per hepatis uenas miniſtrat, quomodo per umbilicum læſum poſſit fieri, qui ſub diaphragmate eſt, & quomodo afficiatur hepar, aut condoleſcat. Hoc reſponſum habeto, quia flatus ipſe redundat in iecore, fit eius conſenſus, unde

naſcitur hydrops. Vt autem hydropem ſiccum dī cat qui aquæ repletio eſt, intelligendum tres eſſe hydropicorum differentias: Aſcitem, qui utris mo do aqua repletus eſt: alium hypoſarca, qui totus tumet. Sarx enim græcè dicitur caro: Tertiũ tym-panitem, cui uenter tinnuit, ut tympanũ, qui mi-nor eſt alijs: quem ideo ſiccum poſuit, quia quam maximè ex flatibus contrahitur.

APHORIS. X.

QVorum alui lęuitate inteſtinorum infeſtantur, hyberno tempore, eos ſuprà purgare malum eſt: infrà, bonum

Læuitatem inteſtinorum dicimus ex glutino-ſo fieri humore: ergo dum iuuenē talis cauſa exi-git purgari, purga inferius, quia glutinoſa eſt ma teria, quæ infrà decurrit. Et hyemis tempore per inferiora iubet purgari. Nam ſi id per ſuperiora tentes, malum eſt.

APHORIS. XI.

QVi non de facili ſuprà ueratro pur gantur, eorum corpora ante potio nem humectanda ſunt cibo pleniore, quieteq;.

Impręſentiarum Hippocrates ueratri naturā oſtendit. Sunt autem duo eius genera, album & nigrum. Album enim magis uomitū citat, quàm uentrem

uentrem purget. Nigrum uerò amplius uentrem purgat, quàm uomitum citet: utraque tamen faciunt utrumque, ſed hoc magis, illud minus. Videamus ergo, quare album uomitum moueat. Nempè quia leuius eſt, leuia purgat, & ſuperiora petit. Nigrum quum ſit grauius, inferiora petit. Natura autẽ ipſorum calida eſt & ſicca. Peſtiferum autem medicamentum eſt. Sciens autem Hippocrates affectus ex praua temperatura eſſe, ut in ruſticis, aut morbo comitiali, aut elephantiaſi, auxilium adducit eorum, aut ordinem, quomodo ſine læſione id detur. Aitq; antè humectari corpora debere cibo, & ſic dari medicamentũ hoc. Dabimus ergo aquã, quæ eſt frigida & humida? Non. Quia neruos infirmat, & medicamentum occidit potius quàm iuuet. Quid igitur? Vinúmne? Nõ, quia inebriat & diſſoluit. Quid tandem? Ea nimirum quæ partim humectant, partim nutriunt, & auxilium in ſe recipiẽtia temperant: qualia ſunt, oua, lactucæ, ptiſana, & alia ſimilia. Vbi acceperint medicamentum hoc, exagitare eos iubet, id eſt, uoluere in terra & releuare, & iterũ reponere. Quòd ſi forſitan delicati ſunt, adhibeatur ueluti nauigatio, ut citó concoquatur hoc præſidium. Nam motus exagitationem facit, & celerius concoquitur. Vnde qui nauigat, uomit, propter exagitationem, & auram maris.

APHORIS. XII.

EVm qui ueratrum biberit, ad corporis motiones magis, ad ſomnos quietesq; minus, ducito. Motione corpus turbari, indicio eſt nauigatio.

Id ſibi uult Hippocrates, Si dimiſeris antea dormire, quàm egeratur, malum eſt, quia interius exulcerat.

APHORIS. XIII.

QVum libuerit, ut ueratrum amplius ducat, corpus moueto. Cõtrà, quum ſiſtendum cenſueris, ſomnũ molitor, nec quicquam moueto.

Ordinem oſtendit, ut quum inſtitueris uomitum, moueas corpus, at ubi concoxerit, & uoluerit dormire, dimitte. Scito enim ſomnum requiem eſſe totius corporis.

APHORIS. XIIII.

VEratrum periculoſum iis eſt, qui corpore integro ſunt: facit enim conuulſionem.

Hic uituperat, quod antea cautè offerendum iuſſit. Dicit enim illud carnes ſanas exulcerare, quando datũ fuerit, iis maximè quibus non conuenit. Conuulſionem quare facit? Cõuulſionem diximus

diximus, aut ex repletione, aut ex inanitiõe fieri. Nunc autem ex inanitione fit, quia deficcat musculos, & neruorum humectationem consumit: & tale quid naturæ accidit, quale corio quod perfusum est, si ad solem uel ignem positum est, deficcatur & attrahitur.

APHORIS. XV.

SI quis non febriens inedia exigit, & cordis dolore, aut caliginosa uertigine infestatur, ac oris amaritudinẽ sentit, purgatione se egere parte superiore significat. Dolores qui supra præcordia infestant, purgationem suprà: qui infra, infrà requirunt.

Diuidit Hippocrates corpus nostrũ bifariam. Nempe in superdiaphragma, & subdiaphragma. Superdiaphragma superiora dicit, ubi est hepar, stomachus, cor, & alia similia. Subdiaphragma inferiora dicit. Diaphragma enim dicitur interseptum costarum, pectoris, & uentris: hoc diuidit nutritoria à uitalibus, & à medio corporis usque ad dextram læuámque inguina tenet. Atq; ita inquit Hippocrates. Si super diaphragma fuerit affectus, superiorem exposcit purgationẽ: Qui autem sub diaphragmate, inferiorem, id est, clysterem, uel purgans medicamentum, quod inferiorem purget uentrem.

APHORIS. XVI.

QVi in medicamentorum potione non ſitiunt cum purgantur, ij nõ deſinunt priùs, quàm ſitiant.

Abſoluens Hippocrates ueratri rationem, nũc ad conſuetudinariam purgationẽ deſcẽdit. Quicunque, inquiens, in medicamẽtorũ potione multum per uentrem eijciunt, & non ſitiunt, malum eſt. Item, ſi quis accepto medicamento deijciat, ſitiatq;, malum eſt. Quæras, Si ſitis accedẽs malum, & ſi nulla accedens malum eſt, quid bonũ eſt? Reſpõdemus hoc pacto. Quatuor res in unũ conueniũt, ut deijciat multũ, & non ſitiat, & malum ſit. Item quatuor aliæ conueniũt, ut deijciat, & ſitiat: & malum ſit. Quia quũ ſitiunt, ſignificat medicamẽtum calore ſuo interiora calefeciſſe: expectandum eſt ergo donec calore ipſius calefactos humores deijciat, & ſic incipiat ſitis ceſſare. Quum uerò non ſitiunt, ſignificatur medicamẽtum nec-dum operari. Expectandum eſt ergo donec humores ſoluendos calore illius calefaciat, & ſic eo calore calefacti ſitim inferant. Item dico ſi fuerit hyems, materia pituita, & ſenior qui accipit, & locus frigidus, & multum ex medicamento deiecerit, & non ſitierit, malum eſt: quia craſſa materia remanſit, quæ ſitim non faciat. Dandum eſt ergo tandiu, donec craſſa materia exeat, & ſic ſitiat. Itẽ ſi fuerit bilioſus humor, iuuenis qui accipit, regio calida

calida, tempus calidum, ille antè quàm deficiat, si tit, Nam qualitas illum sitire facit, non purgatio. Tandiu ergo purgetur, donec humores deponantur, & sitire ille desinat: ergo tunc facilè feret natura, quando proprium excreuerit humorem. In his ergo, sicut superius prædiximus, non desinas, hoc est, non dimittas: sed da denuo purgationem, donec aut sitiant, aut non sitiant, & superflua purgent humorem.

APHORIS. XVII.

SI tormina acciderint non febricitanti, & genuū grauitas, et lumborū dolor, purgatiōe infrà opus esse significat.

Dicit, Si tormina, & genuum grauitas, & lumborū dolores, non febricitanti acciderint, sub diaphragmate, hoc est, infrà purgandi sunt. Quum enim hæc sine febribus patiuntur, sine dubio noxijs humoribus abundant: quum uerò cum febribus, potius ex his huiusmodi tormēta accedunt. Nam febris calor est extra naturam, quæ totā apprehendit habitudinem. Ideo dixit, sine febribus. Et si ita fuerit, inferius illum purgari iubet, id est, per clysterem, aut medicamen, aut purgationem quæ inferiorem purget uentrem. Nā si fuerit cum febribus, uenæ sectione uacuēt se, quod est super diaphragma: qa brachia super diaphragma sunt.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DE CIENCIAS MEDICAS

APHORIS. XVIII.

DEiectiones nigrę modo ſanguinis atri ſponte uenientes, ſiue cum febri, ſiue ſine febri peſſimæ ſunt.

Scito quatuor eſſe elemẽta, & quatuor humores, & unumquemque ſuum elementum imitari. Sanguinem, aërem, bilem, ignem: melancholicũ. terram: pituitam, aquam. Ergo ſunt quatuor humores ſicut quatuor elementa, quæ cõſeruant corpora noſtra. Quæras, quintus ille humor quem deiectione ſignificauit, unde, & ubi detineẽ, quũ ipſi quatuor humores in ſuis ꝓmaneãt locis? Reſpondemus, eum ex quatuor humoribus gigni, quem dicit nigras deiectiones: fit autẽ ex fæce ſanguinis, aut ex bile putrefacta. Sed cur mortem infert? Triplici ratione. Primùm, quòd incendat naturam, & loca unde tranſit: deinde, quod debilitat. Tertio quoque, quia uiſcoſitatem ipſius ferre nõ poteſt natura, adeò, ut uitalia feriat. & occidat qui dũ egeſtus fuerit in terrã ebullit, nec ferri poteſt odore donec in interiorẽ partẽ terrę decurrat

APHORIS. XIX.

QVicũq; in initio, uel augmẽto acutorũ, aliorũmue morborũ melancholicũ uomuerint, eodẽ die moriunt. Si uerò in ſtatu, uel declinatione quic-

quam tale emiſerint, poſtridie morient.

Interrogandus Hippocrates, quare ponat ipſo die uel poſtero morituros, quum Galenus dicat, infantes aliquos bile hac per uomitū reddita euaſiſſe. Subijcitur: Si quocunque morbo incipiente, uel augeſcente, atra bilis infrà uel ſuprà redditur per uomitum, ipſo die moriuntur: quia humores & affectus uincunt naturam. Si in ſtatu aut declinatione, poſtero die: quia natura iam in ſtatu aliquo modo quieſcit, & magis tunc ualida eſt, nec ſic incitantur humores, & ideo tardius, hoc eſt, poſtero die moriuntur. Finge caſtrum alios intus occupare, alios foris obſidere: melius eſt longo itinere ocurrere, quàm propè pugnare. Sic & natura poſt declinationem habet ſpacium.

APHORIS. XX.

QVò plures ſunt praui colores, eò peius: ſed ſi ex medicamento tales egeruntur, bonum eſt.

Dicit, quando ex bile copioſa huiuſmodi colores ſponte eueniūt, malum id eſſe. Si uerò ex medicamento, bonū: quia purgat inimicum naturæ.

APHORIS. XXI.

IN quocunque morbo incipiente, ſi atra bilis, uel ſuprà, uel infrà extiterit, letale eſt.

Quia diximus illã eſſe uiſcoſam, pernitioſam, peſſimam, acerrimam, adeò ut dyſenteriam excitet, quando emanauerit, tunc ſignificat naturam iam cũ uitalibus interius præfocari ab ipſis: quæ natura non ut ſuperfiua reſpuit, ſed quòd iam retinere non ualuit. Sed cur aliqui dicunt in ſtomacho bilem iſtam detineri? Nos in eo hoc dicimus non fieri, quia locus principalis alienum ſuſcipere non poteſt. Sed occurrit non detineri à natura, quia continuò mortem infert, dum genita fuerit.

APHORIS. XXII.

QVicunque ex morbis acutis, aut diuturnis, aut uulneribus, aut alio quouis modo extenuati, atram bilem ſanguini atro ſimilem emiſerint, poſtridie moriuntur.

Scribit Hippocrates, quicunq; in ipſis acutis, uel longis ægritudinibus, uel quũ diſcedunt extenuati, bilem nigram, uel ſanguinem nigrum, ſiue per os, ſiue per anũ emiſerint, poſtero die eos morituros. Nam bilis nigra, quæ dicit mater morborum, ſignificat ipſius humoris ſuperfluitatem. Sanguis uerò niger ſignat ſui corruptelam. Nam uenæ corruptæ, aut effluunt, aut continentur, & ſanguis concreſcit, unde etiam niger eſt. Et tribus quoque modis moriuntur: hoc, quia laborat natura: altero, quia ipſe ſanguis unde habuit alimentum.

tum natura, emanat: tertiò, quòd locum ubi conſederit, occidit & debilitat. Quare: poſtero die moriuntur? Nam primò eſt fluctuoſus pulſus iuxta pollicē, qui eſt uehemens & frequens: poſtea uermiculans, qui etiam eſt debilior priore: deinde formicans, qui proximam oſtendit mortem.

APHORIS. XXIII.

DIfficultas inteſtinorum ſi ab atra bile incœpit, letalis eſt.

Sciendum, Hippocratē ſuperiore aphoriſmo de bile atra diſputaſſe, & quando mors exinde ſequeretur. Nunc ſi ex ea dyſenteria originem cœperit, mortale eſſe docet. Quia uerò iam ſæpius diximus quid eſſet dyſenteria, aut quot eius differentiæ, nunc repetere idipſum non debemus. Fit autem ex atra bile dyſenteria, quæ eſt adeò acris ut in perniciem quenquam agat: præcedit cauſa, & ſequitur affectus: præcedit bilis quæ adfert initium mortis, ergo poteſt facere dyſenteriam: quæ ſi ab initio, ab ipſa nigra bile initiū habuit, omnibus modis mortale eſt. Sed ſi prius fiat dyſenteria, & ſic ſubſequatur atra bilis, utrum mortē infert, an non? Dicimus id aliquando, non ſemper accidere: quia iam affectus debilis inuenitur, uirtus autem fortior.

APHORIS. XXIIII.

SAnguis ſuprà emiſſus qualiſcūque eſt, malus eſt: infrà autē, bonus eſt.

Videtur ſibi non conſtare, dicens ſi ſuprà emi net ſanguis, malum eſſe. Nam ſæpe ſi ſurſum efluxerit, bonum eſt: adeò, ut per narium fluorem multæ ægritudines determinentur, ut ſynochos, & continens febris, aliquãdo & cauſon. Idem an ginam aliquando ſoluit. & id totum contra Hippocratem opponitur. Sed dicimus tantum ac talem uirum & amicum naturæ, non eſſe mentitũ. Nam de naribus non dicit nunc, quod eſt particu lare & conſuetum: uerùm per os emittere ſangui nem, malum ſignificat: aliquando enim mortale eſt, aliquãdo periculoſum: et ideo malum eſt, quia uniuerſalis eſt excretio. Nam ex ſanguine totum corpus nutritur: excretionẽ itaq; ſanguinis mors ſubſequitur. Inferius ideo bonũ eſt, quia hæmorrhoïdes aliquãdo elephanticos curant, aliquando quartanam: & meritò, ut quæ ex melancholico humore fiunt, & ex ſanguine hæmorrhoïdes, is ſanguis melancholicum aufert humorem: dimi nuta materia, recedit affectus.

APHORIS. XXV.

SI ex difficultate inteſtinorum laboranti, caruncułæ exeunt, aut excretiones nigræ, letale eſt.

Sæpius de dyſenteria loquutus eſt, quæ nihil aliud eſt quàm diuortiũ continui, id eſt, ulceratio inteſtini, ſed de hac nunquã loquutus eſt. Sciendũ inteſtina noſtra alio & alio modo poſita eſſe, neruoſa

neruoſa tamẽ eſſe. Sunt & alia mẽbra neruoſa, ut eſt ſtomachus & ueſica: & quicquid neruoſum eſt, tum carnem in ſe continet, tum ex ſanguine nutritur. Natura enim noſtra ſeorſum habet neruos, & intextas pulpas, & muſculos. Vnde febrientibus muſculos præcipimus, id eſt, crura porcorum: quia fortiorem in ſe habẽt uirtutem, quàm aliæ carnes. Si quis nobis dicat, oſſa unde oriuntur? Dicimus, ex humectatione. Nam amiſſa humectatione, in puluerem rediguntur, quomodo ligna ſicca quæ cariẽ ſentiũt. Ergo nullum membrum ſic poſitum eſt, quomodo inteſtina, quæ foris ſunt neruoſa, & intus carnoſa, & ſub carne glutinoſum habent humorem. idq; ut aſcendens acerrimus humor non raderet inteſtina: qui inde deſcendens excidit radendo, & ſic per naturam eijcitur: quod maximè in infantibus fit, unde exte nuantur. Ergo hoc Hippocrates innuit: Si uelut ſanguis niger, aut quaſi caro eſt, mortale eſt: quia ſanguis effuſus de loco ſuo nigreſcit, & quãtò magis nigreſcit, tantò periculoſior efficit locus. Nam ex ipſo nõ nutritur ipſa ſubſtantia carnis, ſed corrumpitur: & ſi ipſa corrumpitur, quæ erit ſpes uitæ? Vnde dicit Galenus, quòd cuidã ex iſta ulceratione, ipſum inteſtinum deciderit, unde mortuus eſt homo. Ideóque mala eſt dyſenteria, quæ ex atra bile naſcitur. At ſi ſuperius fuerit, hepatica dicitur dyſenteria: ſi uerò inferius, cruenta.

APHORIS. XXVI.

QVibus per febres ſanguis alicunde largè exierit, iſs in recreatione alui humidæ redduntur.

In febribus, inquit, quum cibi quos acceperit quis, detinentur in ſtomacho, & nō fit concoctio neque excretio, ſed tantum in ſubſtantiam pituitæ conuertuntur, & uirtutes in his naturales tunc debiles, concoctionem obire nullo modo ualent, quum cibi tantum in pituitam conuertuntur: unde ſunt uentres humecti. Ergo in febribus ſi ſanguinis fuerit fluxus, utile erit: quia peſſimi humorum uapores per eum ſoluuntur.

APHORIS. XXVII.

QVibus deiectiones bilioſæ exeūt, ſurditate ſuperueniente finiuntur: & quibus ſurditas præceſſerit, deſinit, ſi deiectiones ſequuntur bilioſæ.

Quid ſibi uult Hippocrates hoc ſermone, Surditas bile contracta, ſoluitur ſolutione uentris: & ſurditas nata ex ſolutione, retētione curatur? quod abſurdum uidetur. Sed ita intelligi debet: Bilioſo humore ſtomachum occupante, aut uapor ipſius cerebrum tangit, aut ipſe humor ſuperiora petit, & ſurditatem facit: ergo ſi ſolutio uentris infrà illum deiecit, ſuprà minimè aſcendit, & ſic ſoluitur affectus

affectus. Si uerò ſolutione uẽtris ſurditas nata fuerit, uel nimia inanitione, conſtrictione curatur. Ipſe enim dicit contraria contrarijs eſſe remedia: unde imperiti medici quando ſolutio alui oboritur, quæ curat ſurditatẽ, conſtringunt eam: unde affectus euadit auctior, & difficilius terminatur.

APHORIS. XXVIII.

QVibuſcunque febricitantibus die ſexto rigores accidunt, ijs difficulter iudicatur.

Superius nos docuit de ueratro, & purgãte medicamẽto, uel dyſenteria, ſeu bile atra, & alijs humoribus, quidq; ſinguli efficerent; addidit. Nunc autem uenit ad dies criticos, de quibus Galenus libros ædidit, quos de diebus decretorijs inſcripſit. Sed quia totum hic dicere nõ poſſumus, partem oſtendemus. Sciendum, tertium diem incipere quintum, & quartum ſextum. Quintus uerò dies ſeptimi initium eſt. Ergo quia horũ dierum alter alterius indicationem ſignificat (Nam tertius dies indicat quintum, & idem indicat ſeptimũ, & ſeptimus indicat nonum) uideamus nũc quando bona fit iudicatio, & quando mala, ne omnibus modis intellectum nobis impediat. Tertius dies anginam iudicat: ſi uerò illo die iudicata non fuerit, in quarto die ægri moriuntur. Item febris tertiana ſi tertio die perturbationẽ habuerit, quinto die moriuntur: ſed ſi augmentũ affectus quin-

to die uenerit, ſexto die ſoluitur, & iudicationem habet. Sexto autẽ die cur rigorem facit? aut quot res in unum cõueniunt, ut nõ ſit iudicatio bona, ſed ſit difficilis? Nimirũ quia quatuor res in unũ conueniunt, quæ hoc faciunt. Si natura fuerit infirma, ſi nõ fuerit cõcoctuo urinarũ uel uentris, ſi fuerit uehemens affectus, ſi fuerit uirtus debilitata die ſexto, malum eſt: quippe hæc habitudo peſſima eſt. Et quare pares dies mortiferi ſunt? Quia fortiorem habent uirtutem, & in diebus paribus morbus reficitur, dolet autem natura. Sciendũq́, ſi ſexto die frigus obortum fuerit, hoc eſt, febri ſu peruenerit, inſolubilis morbus eſt.

APHORIS. XXIX.

SI conuulſioni quartana ſuperuenerit, facilè curatur: at ſi quartanæ conuulſio ſuperueniat, non facilè curatur.

Hinc eſt quod dixit Hippocrates, morbũ morbo mederi, ut ſi prius fuerit conuulſio, & ſuperuenerit quartana, curatur quartana: quia ſuperius diximus, conuulſionẽ fieri aut ex repletione, aut ex inanitione. Nũc ex repletione fit, quia motum naturalem nõ facit: ſuperueniẽs quartana adfert cõcuſſionem naturalem, motus calorẽ facit, calor aperire nouit meatus, apertio uerò meatuum ſolutionem facit morbi neruorum. Sume in exemplum lagenam plenam melle, dum plena fuerit, non effluit aliquid: dũ uerò ad ſolem aut ad pru-

nas

nas posita fuerit, crassus humor resoluitur, & destillat: quia calor mediocris relaxat mediocriter, et ad sudorẽ prouocat: maximus desiccat. At si prius fuerint quartanæ, & superuenerit conuulsio, non curat morbus morbum: quia materia melancholici humoris maxima est, uel quia affectio pigra curare maximam non ualet.

APHORIS. XXX.

QVi per febres lassantur, ijs in articulos & maxillas potissimùm abscessus decumbunt. Si uerò ex abscessibus febres fiunt, eruptione soluuntur.

Hoc dicit: Si quis in febribus laborauerit, maximè illi abscessus nascitur. Itẽ dicit: Si quis ex abscessu febrierit, rupto illo, soluit febris. Sed hoc quo modo accidit? Cur abcessus in articulos & maxillas decumbit? Quia natura humoris superfluitatem in debilem locũ iactat, ergo in articulos propter frigiditatem: tum quia mouentur & humidi sunt: de maxillis similiter. Articulos talos dicit, q calidi sunt, & humidi: ergo quod in articulos decurrit, in talos iactatur, propter humiditatem & calorẽ. Exempli gratia, cõmisce simul æs & plumbum, aurum & argentum uiuũ, & quid quò decurrit? Ad aurum, argentum uiuum: ad æs, plumbum, quod illi aptum est. Itaque & humores, alij ad similia decurrunt, alij ad debilia. Si uerò fuerit

abſceſſus, et inde febris, rupto illo ſoluitur febris, quia diximus ægritudine ęgritudinem ſolui, & iu dicari: ergo qui in febre abſceſſum experiuntur, per illum ipſis ſoluit febris. His uerò qui per abſceſſum febriunt, eo rupto ſoluitur febris.

APHORIS. XXXI.

QVibus cõualeſcentibus à quauis ægritudine pars aliqua corporis labore uexatur, ijs eã in partẽ abſcedit.

Hic conatur oſtendere: Si quibus remanſerint reliquiæ humoris, non perfectè ſanantur, ſed adhuc malè laborant, & malè comedunt. Continuò enim ad opus ſuum reuerti uult hoc quod remanſit, & quotidie augetur. Et quia natura ipſum iactauit, ut diximus, in locũ debilem, continuò abſceſſus oboritur.

APHORIS. XXXII.

QVin & ſi prius quàm ægrotaſſent, parte aliqua ſui corporis perdolue rint, eôdem morbus decumbit.

Hoc eſt, quod docet: Si ante morbũ fuerit dolor, & poſtmodum illuc iactatus fuerit humor, malum: quia augmẽtatur in loco humor, & quic quid ſuperflui habuerit natura, illuc proijcit.

Aphor

APHORIS. XXXIII.

SI à febre detẽto, nullo tumore faucium ſtrãgulatio ſubitò accidit, letale eſt.

Vt hoc dicat, uideamus quot ſint orificia, quæ talem ſtrangulationem faciant. Certè tria, unum quod dicitur œſophagus, quod trahit cibum & potum, quod os uentriculi dicitur, unde totũ corpus nutritur. Aliud dicitur aſpera arteria, per quã miniſtratur & nutritur ſpiritus naturalis. Tertiũ uerò per ſpinæ medullam ad cerebrũ pergit. Videamus unumquodque eorum quem ſitum habeat. Aſpera arteria ſubtilior eſt œſophago. Vnde qui ſubtilem habent uocem, aſperam arteriã ſubtilem habent: quare aliqui oua integra glutiunt: quia inter aſperam arteriã, & œſophagum membrana eſt quæ aperit & claudit. Sed quod ex his mortis periculum adfert? Nimirum aſpera arteria, & non œſophagus. Nam ſi non comedit homo per triduum, uiuit: at ſi una hora non habet inſpirationem & reſpirationem aëris, eadem hora reddit ſpiritũ. Et quomodo poſſumus cognoſcere iſtam ſtrangulationem? Quando tumor nõ fuerit in ceruice, neque in faucibus, ſed neque immiſſo digito tumorem inuenis, & ſubitò facta fuerit ſtrangulatio, tunc crede factũ eſſe tumorem in aſpera arteria, & mortem ſequuturam, eadémque hora ſtrangulatum, quando inſpirationem & reſpirationem aëris non habuerit.

APHORIS. XXXIIII.

SI febricitanti collum peruertitur, ut ſuix deuorare poſſit, ſine ullo tumore, mortiferum eſt.

Notandum, œſophagum & aſperam arteriam muſculos in ſe habere, intus & foris: quia in cerui ce, ut diximus, ſex habemus ſpõdylos, & eo ordi ne poſiti ſunt, ut deſeruiant naturæ. Si uerò ultra naturam aliquis eorum exuberauerit, tunc aut in trò recipitur, aut ſurſum, aut in dextram, aut in læ uam: quia natura ſic poſuit collum, ut ſiue ſurſum, ſiue deorſum, ſiue in dextram, ſiue in læuam circunferatur. Quando autem circunferri nõ po tuerit, ſine colli tumore, tunc ſiue ſurſum, ſiue deorſum muſculi pergant, proprijs nominibus faci unt morbos: id eſt, ſi foras perierint, lordoſin: ſi in trò, cyrtoſin. Et quia ſuperius diximus aſperam ar teriam & œſophagum muſculos habere intus & foris, tale quidem accidit naturæ in iſtis, quale accidit loculo, per quem ſi trahas corrigiam à foris, totum claudis. Nam in ipſo etiam tanquam uertebræ ſubiunguntur. Ergo ſiue ſurſum aſcendat uertebra, ſiue inferius, ſiue in dextram, ſiue in ſiniſtram, ſtrangulat. Vnde mors ſequitur.

APHORIS. XXXV.

SVdores febricitãti ſi cœperint in critico die tertio, quinto, ſeptimo, nono

no,undecimo, quartodecimo,decimo= ſeptimo, uigeſimoprimo, & trigeſimo= primo,hi morbus iudicant. Si aliter eue nerint,mortem ſignificant, uel dolores, uel longas ægritudines,uel recidiuas.

Quoniam docuit nos Hippocrates in ſuperio ribus aphoriſmis,ægritudines quo modo debea- mus cognoſcere,neceſſe habuit nunc iudicatio- nem earum dicere. Quia uerò quadrifariam diui duntur,in acutam,peracutam,mediam,longam, ſciendum,de acutis & quę acutis ſubiguntur,Hip pocratem diſputare. Quæras,cur à tertio die inci piat, & non à primo uel ſecundo. Secundum phi loſophiam talis eſt ratio:quia primus & ſecun- dus numerari non poſſunt, tertius uerò, nume- rus eſt,,in quo inueniatur par & impar. Secùn- dum medicinam uerò huius rei hæc eſt ratio: Ter tio die omnes typicæ ægritudines agnoſcuntur, ut eſt tertiana:quæ ſi primo die commouetur, & habuerit diem interpolatum,& tertio die cõmo- ta fuerit,ſignificat tertianã. Sic & quotidiana quo tidie demonſtratur. Quartana uerò quæ uno die commouetur,& duos dies interpolatos habet,ſi- gnificat quo modo unum tempus finitur, alterã initium habet. Rurſus, Quare ſudores iſti per im pares dies boni ſunt,& paribus mali aliquãdo & mortales? Nimirum,quia iſta ratio in aſtrologia continetur. Attamen particulatim dicimus: quia

ſicut deus impari numero gaudet, ſic & natura. Sed ſciendũ eſt, in iſto aphoriſmo, ubi dicitur tertius dies, illic inueniri ſcriptum, & quartũ: & ubi ſeptimus, illic ſextum. Iterũ, Quare quartus dies nõ nominatur, & ſextus? Dicimus, ſcriptorem hic peccaſſe: dum enim inueniſſet tres & quinque, & ſeptem, non dixit quatuor: quartus enim dies hic non eſt. Aliud uerò: Quia quartus & ſextus non prædicũtur. Sæpe enim tertius quintum indicat, quintus ſeptimum, ſeptimus nonum, nonus undecimũ, undecimus decimumquartum, & ſic ſe prænuntiant. Nam ſi fuerint aliqua ſigna tertio die, id eſt, aut parui ſudores, aut alia ſigna, quinto die aduenięte iudicatur ægritudo. Eodem modo ſe ſubſequuntur dies critici.

APHORIS. XXXVI.

SVdores frigidi ſi cũ febre acuta accidunt, mortem ſignificant.

Quæſtio nobis oritur: Si regula eſt dialecticorũ, duo contraria, in uno tempore, in uno ſubiecto eſſe non poſſe, quomodo dicit Hippocrates, acutam febrẽ, quę eſt calida, frigidos ſudores emittere? Domnus, Pelops, Lycus, & Rufus philoſophi locum hunc reliquunt, quanquam dixerint frigidum ſudorem à natura iam ceu alienum expelli. Galenus autem, cui planè acquieſco, dicit febrẽ aliunde nõ eſſe, quàm aut ex habitudine corporis putrida, aut ex ſpiritu, aut humiditate, ut

ſunt

sunt humores. Febris ergo ista ex pituitoso fit humore, qui dum motum agit in putredinem, febrē facit. Si parum putruerit, acutam facit febrem: si amplius, in frigiditatem cōuertitur. Accipe in exemplum cadauer: quod dum proijcitur, non calet, nec fœtet: dum modicè putrefactum fuerit, calet & fœtet: sic itaq; & pituita. Ergo quamuis febris faciat sudorem, tamen ex frigida materia est. Mortem uerò quare facit? Quia pituita partē corporis tenet, ut in apoplexia caput occupat, et mortem infert: quantò magis quando totam habitudinem corporis tenuerit, mortem inducet?

APHORIS. XXXVII.

SI cum mitiore febre, longitudinem morbi indicant.

Hoc de superiore sudore scribit, quem maximè in lipyria febre dicit fieri, quæ ex glutinoso est, & ideo non citius sudor euenit ipsis. Ergo tum prædicit longiorem fore ægritudinem.

APHORIS. XXXVIII.

ET qua parte corporis sudor est, ibi morbum esse significatur.

Nam si fuerit in pectore sudor, illic significat esse morbum. Sic & in quocunque alio membro. Sudor autem aut uniuersalis fit, aut particularis. Vniuersalis fit duobus modis: uno, quia est abundans materia: altero, quia non est uirtus ualida.

Particularis item fit trifariam: Primùm, ſi eſt abun dans aliqua materia: deinde, ſi eſt ibi uirtus debilis: tertio, quia locus qui ſuſcipit, patitur: ſicut & nunc Hippocrates dicit, in quocunq; loco ſudor fuerit, illic morbum oſtendit.

APHORIS. XXXIX.

ET qua parte corporis frigor aut calor eſt, ibi morbus eſt.

Deſideratur hic commentarium.

APHORIS. XL.

VBi in toto corpore mutatio fit, & modò corpus frigeſcit, modò cale ſcit, aut colorẽ alium ab alio recipit, longitudo morbi ſignificatur

Item hic.

APHORIS. XLI.

SI per ſomnũ ſudoris copia ſine cauſa manifeſta euenit, uſus cibi plenioris ſignificatur. Sed ſi nõ per cibũ id accidit, inanitiõe corpus egere ſignificatur.

Sudor aut ex repletione, aut ex inanitione fit: Ex repletione; aut cibi, aut humoris. Id nunc dicit: Si per ſomnum aliquis ſudet, ſignũ eſt, multum cibum accepiſſe. Sed cauſam inſpiciamus. Dicimus ergo hominẽ quando laborat, ſudare: eóque

que magis quando uirtutes operãtur, exprimunt ſudorem. Si quis autem abſtineat, & ſic ſudet, abundantiam ſignificat materiei. Ideo inanitionem dixit poſtulare corpus.

APHORIS. XLII.

SVdor multus, modò frigidus, modò calidus, aſſiduè fluens, frigidus magis, calidus minus, morbũ ſignificat.

Frigidus ſudor ex pituita eſt, & ideo longiorem ſignificat ęgritudinem, propter ipſum humorem, qui tardè extenuatur: calidus ex bilioſo eſt, ideóque minorem ægritudinẽ ſignificat, eò quòd celerius finitur. Sed frigidum & calidum generaliter de ſudore dixit: quia aliter ſudor non fit, niſi aut frigidus ſit aut calidus.

APHORIS. XLIII.

QVæcunque nõ intermittentes die tertio uehementiores redduntur, magis periculoſæ exiſtunt: ſed ſi quouis modo intermittunt, ſecuritatem ineſſe ſignificatur.

Præſenti ſermone oſtendit Hippocrates, ſi tertio die febris nõ minuitur, periculoſam fore: quia quammaximè typicæ omnes in tertio die cognoſcuntur. Diaria uno die cognoſcitur, in quo finẽ & initium habet. Si enim non finierit ipſo die, &

ſequente maneat, tunc cognoſcitur eſſe quotidiana. Tertio die maximè cognoſcitur tertiana, & quartana quarto die manifeſtatur, quo plus quoque febriunt. Sed hæ omnes ſi tertio die non minuũtur, periculoſæ fiunt. Et ut quartanas, tertianas, quotidianas, difficiliores eſſe cognoſcas, accipe mihi in exemplum hominem facientem iter caballo miliaria centum: & ſi uoluerit duobus diebus id facere iter, fatigat caballum. Si uerò uno die fecerit quinquaginta, & alio die pauſauerit, tertio die ualidius iterat alia quinquaginta. Sic natura ſe habet in iſtis febrib⁹, quæ ſi die intermiſſo, aut intermiſſis aliquot pauſauerint, tunc & natura quieſcit, & ægrum nutrire magis poteſt, ut ualidior fiat, & uirtutes non deficiant. Vnde tertiana prolixior & ſine periculo eſt. Quartana quoq; quamuis ex natura ſit mala, tamẽ quia duos dies interpollatos habet, quò amplius protrahitur, eò magis ſine periculo eſt.

APHORIS. XLIIII.

QVos febres longæ exercẽt, iſs uel abſceſſus in articulos, uel labores decumbunt.

Hoc eſt: ſi in febribus tumor apparuerit, tunc oſtenditur ægritudinem abſceſſu finituram.

Aphor

APHORIS. XLV.

QVibus aut abſceſſus in articulos, aut dolores decumbunt ex febribus longis, iſ cibo pleniore utuntur.

Si quis, inquit, febriens tumorem & dolorem articulorum patiatur, ſignum eſt, multo eum cibo uti, & cruditas humoris nutritur, quæ decurrit ad articulos, & dolorẽ facit: ſicut oleum in mare decurrit, & ubi inuenerit concauitatem, retinet ſe: ſic & hic crudi humores in articulis detinentur. Vnde podagricos & articularios arcemus à cibis.

APHORIS. XLVI.

SI rigor accidit per febrem non intermittentẽ, ægro iam debili, letale eſt.

Explicat ſigna quibus poſſit medicus prædicere uitam aut mortem. Quæras: cur, quum ſæpe uideamus rigorem & in quotidiana, & in tertiana, nõ moriunt ægri? Sed intelligas: Si febri ſupernenerit rigor, & debilis fuerit æger, tũc mortale eſt. Nã bilioſus humor iã uitalia penetrauit et occidit

APHORIS. XLVII.

EXcreationes in febribus non interpollatis liuidæ, aut cruentæ, aut fœtidæ, aut bilioſæ, omnes ſunt malæ: ſed

si bene excernuntur, salutares sunt. Deiectiones etiã & urinæ iuuant, quę commodè exeunt. At si nihil cõmodè per ea loca excernitur, malo est.

Excreationes dicens, saliuam decurrere significat. Nam aliud est excreatio, aliud tussis: aliud nõ excreare, & non tussire. Ergo si in febribus excreationes liuidæ fuerint, aut cruentę, aut fœtidæ, aut biliosæ, malum est: Quia uena aut corrumpitur, aut desudat, aut ulceratur. Si rumpitur, & descendit in concauitates humor, & multo tempore illic detinetur, occîdit locum, et mortem infert, multis modis: In primis, quia ex ipso sanguine nutritur corpus: Deinde, quia occîdit locum: Tertio, quia mortificat ęgrotum. Liuidum significat, quòd extra uas sit: cruentum, quòd uena dirupta sit: odor grauis, signum est, quia multo tempore locum putrefecit. Et ideo mortẽ operatur. Nam quando uena rumpitur, non ejicitur, sed in loco detinetur. Deiectiones & urinas, significat, excrementa secundum se facere, quia naturalis calor interius copiosior est, & ipse locum putrefacit: sicut & in æstate carnes putrescunt. Nã si tenes citrum in manibus diutius, quod antea bene oleat, ipsum postmodum fœtet. Ergo si extra naturam immutatum fuerit, nunc malè est: quia infectionem habitudinis significat.

Aphor

APHORIS. XLVIII.

IN febribus non interpellatis ſi partes exteriores inalgeſcũt, interiores urun tur & ſitiunt, letale eſt.

Interrogare poſſis Hippocratẽ cur hoc dicat, dum ſæpius uidimus in typicis febribus frigorem eſſe, ſitim, & ardorem, attamen non fuit mortale nempe malum. Sed aliud ante acceſſionem, aliud poſt acceſſionem Hippocrates dicit fieri: quod ei opponeretur ſi ignoraſſet aut quotidianam, aut tertianam. Nunc ergo regulariter loquitur, inquiens, & ſi antea fuerit febris & debilitas, iſtaque ſuperuenerint, malum eſt, quòd ſignum ſit mortis: quia in uitali loco adhuc natura luctatur cum humoribus, & naturalis calor per locum patientem decurrit: & dum natura quærit liberare, ipſa potius occîdit ægrotum, quàm liberet. Frigidæ ideo ſunt partes exteriores, quia derelinquit calor ſuperficiem, & interius (ut diximus) refugit. Et tale quidem tunc patitur corpus in iſtis, quale Conſtantinopolis, cuius ciues concurrentes ad palatium quotidie, ubi ſenſerint domũ ardere, currunt cum ſitulis ut liberent domũ. Quum ergo ceſſarit incendium, abeunt, & rurſus augeri permittunt. Sic & natura uult liberare, ſed potius occîdit quàm liberet.

APHORIS. XLIX.

IN febre non interpollata ſi labrum, aut oculus, aut ſupercilium, aut naſus peruertitur, ſi uiſus, ſi auditus defecerit, egro iam debili, quicquid ex his accidit, mors in propinquo eſt.

Quamuis iſta ſigna in prognoſticis latius declarata ſint, tamen ad hũc locum quantum pertinet dicemus. Quæſtio autem optima ſuccurrit: Quum labrum dicat conuulſionem pati, ſæpius uidemus in paralyſi labium torqueri & alia, non tamen mors ſequitur: quomodo ergo dicit nunc mortale eſſe? Sed regulam nunc tene: Si minuitur febris, aut debilis fuerit, et labium torqueatur, aut oculus, uel alia ſigna fiant, principium patitur, un de hæc effecta procedunt.

APHORIS. L.

QVibus in febre non interpollata difficultas ſpirandi cum delirio accidit, letale eſt.

Quæras & hic forſan, quid delirium ad ſpirandi difficultatem, dum in diuerſo corporis loco fiant? Multi hic multa ſenſerunt, alia Pelops, alia Lycus. Sed exponens Galenus iſtum locum, anatomicam hic reddit rationem, inquiens: Prouida natura tres muſculos deſcendentes fecit à dextro iugulo,

iugulo ad dextram coxam,& alios tres à ſiniſtro iugulo ad ſiniſtram coxam: & duo, qui in orbem circumeunt, circuli modo mittũtur: quorum alij aperiunt, alij claudunt, ut naturalem miniſtrent motum uel ſpiritum: nerui à cerebro procedunt, & communionem cum muſculis habent, & intexunt carnes. In his autem alienatio ſignificat iam muſculos à tumore præfocatos, & cerebrum eis compati. Et dum duo principia, id eſt, cor & cerebrum patiuntur, quæ erit ſpes uitæ?

APHORIS. LI.

PEr febres abſceſſus, niſi primis ſoluatur iudicationibus, morbi longitudinem indicat.

Si quis febricitans abſceſſum habuerit ante criticum diem, ſignum eſt, uirtutem eſſe ualidã, quæ illum expellit. Si eruperit, & à prima criſi non receſſerit ægritudo, abundantiam ſignificat humoris, & longam ægritudinem: quia tanta fuit copia humoris, ut abſceſſum moueret, quum ægritudo permaneret.

APHORIS. LII.

QVibus in febribus, aut in alijs morbis oculi uoluntate illachrymant, nullum eſt malum. Sed quibus nolentibus, periculoſius eſt.

Hic ex lachrymis Hippocrates ſumit indiciũ: quæ duobus accidunt modis, aut uolentibus, aut inuitis. Cum uoluntate, ut ſi quis uiſitans hominem fingat ſibi dolorem, ut plangat ſponte: uel ſi affectus corde lachrymas emittat: & iſtud malum non eſt, quod uoluntate accidit. Quibus autẽ inuitis fiunt, ſignificant cerebrum eſſe infectum ali quando, & ideo malum eſt.

APHORIS. LIII.

QVibus lentore dentes opplentur, iſs febres incidunt uehementes.

Cupit Hippocrates per omnia doctũ eſſe medicum, & tenere illum ſigna, quibus ualeat mortiferarum ægritudinum euentum prædicere: tum earum quæ ſint tempore breui finiendæ, aut quæ longi temporis habeant productionem. Ergo omnis cognitio habetur tribus modis, aut enim ſignis comprehendemus, aut cauſa cognoſcemus, aut interrogationibus apprehendemus. Signis, ueluti his quæ ab Hippocrate dicuntur: Cauſa autem, ueluti ſi aliqua præcedente ſatis manifeſta, ſi gna cõſideremus: Interrogationibus uerò, utputa dum ingreſſus fuerit medicus, & inuenerit aliquem laborantem febre: quærit ergo, Nihil tibi ſentitur in ore aut amarum aut dulce? Reſpondet æger: Non, ſed potius inſtar ſaponis aliquid ſentio. Tunc conſiderat medicus glutinoſum humorem eſſe interius, qui facit lentorem in dentibus:

ac tale

ac tale quid naturæ accidit in his, ueluti si quis no uiter cædat ligna è syluis, & apponat illis ignem, & dum hæc ligna faciant fumum, habent humectationem: ubi consumpta fuerit humectatio, ue lociter flamma efficitur, & tamen fuliginem in su perficie relinquit. Sic itaque & natura ex glutino so humore facit febrem, & ex ipso humore quasi fumum in cerebro nostro emittit, unde & dentes nostri inficiuntur: quia in extremitate cerebri po siti sunt. & dum istud inuenerit medicus, tũc prædicit uehementiorem & periculosiorem febrem adhuc fore.

APHORIS. LIIII.

QVibus tusses aridę plurimę & modicæ irritantur per ardores, ij non admodum siti afficiuntur.

Quæstio nobis occurrit, Cur Hippocrates dicat, in febribus urentibus tussientem non sitire. Videamus in quibus locis nascitur tussis, et in quibus sitis. Itaque sitis duobus nascitur locis, aut in pulmonibus, aut in stomacho: Quę in stomacho, potu temperatur: Quę in pulmonibus, potu inciatur. Febriẽtes uerò homines ideo tussiunt, quia anhelant, & dum quærunt trahere aërem, tũc frigor nimius ingreditur, & facit tussiculam, & ex ipso aëre temperatur sitis. Nõ quòd aër sitim temperet, sed quòd ipsa siccitas quæ tussim facit, temperat sitim, quæ est in aspera arteria, & in pulmo-

nibus: quò nõ ingreditur potus, ſed aër. Illam uerò ſitim quæ naſcitur in ſtomacho, potus temperat: quia fit exacerbatione hepatis uel uẽtris, quò ingreditur potus, qui ſitim temperat: idémq; ſitim facit. Quoties enim in pulmonibus tuſſis fuerit, & bibant ægri, extenduntur uiſcera, & opprimitur aſpera arteria, & aër qui ingredi debebat, non ingreditur, & plus excitatur tuſſis & ſitis. Itẽ quæras: Quare dicit, plurimæ & modicæ tuſſiculæ? Plurimæ, eò quòd aſſiduæ ſint: Modicæ, quia ex faucibus ſunt, & non ex altitudine corporis.

APHORIS. LV.

EX inguine febris, niſi diaria ſit, mala eſt.

Inguiũ febris, aut ex qualitate eſt, aut ex humoribus, quoties putredo cũ humoribus ad inguen deſcenderit, quia loca ſunt ſubtilia & delicata. Mala ideo eſt huiuſmodi febris, quia tribus modis læditur natura: uno, quòd fluxus ſit humoris: aliò, quòd locus debilis: tertio, quòd febris. Diarias aũt febres dixit, quæ ſunt aut ex percuſſu, aut ex uenoſitate, quæ inter diarias numerantur.

APHORIS. LVI.

FEbricitanti ſi ſudor accidit, febre nõ intermittente, malo eſt. Morbus em̃ prorogatur, plúſque humiditatis ineſſe ſignificatur.

Febris

Febris principaliter tribus modis accidit, aut ex humoribus putridis, aut ex putredine, aut ex uentositate. Nunc ergo de humoribus loquitur, inquiens: quòd si sit ex putredine humorum febris, & superueniat sudor, febrisque non iudicetur, signum est, crassos humores in altitudine remansisse, & tenues ad superficiem expulsos. Vnde prædicet medicus longiorem adhuc & periculosiorem fore febrem. Item si fuerit ex putrida materia, & superuenerit sudor, & non imminuerit febrem, adhuc longior erit ipsa. Nam sudor iudicationes ægritudinũ moliri solet: quia uerò non iudicatur per sudorem, significat abũdantem esse materiam.

APHORIS. LVII.

QVi conuulsione, aut distẽtione tenet, si accidit febris, morbũ leuat.

Quum sit conuulsio particularis, distentio uniuersalis, quare illam prius posuit? Nimirum, quia conuulsio genus est, distentio species. Conuulsio memoriã turbat & obumbrat, sic ut reliqua membra motum aliquem non habeant: & distentio diuiditur in opisthotonũ & emprosthotonum, quę accidunt conuulsioni. Necesse igitur fuit maius primùm explicari. Cæterùm dictum est sæpius, conuulsionem aut ex inanitione fieri, aut ex repletione: distentionem uerò, quoties extensum, uel incuruatum, totum rigidum corpus est. Nunc

autem ſicut diſtentio, conuulſio ex repletione fit. Generalis ergo affectus, generali indiget auxilio quod eſt febris. Nã ipſe ſuperius docuit, febre ſuperueniente conuulſionem finiri.

APHORIS. LVIII.

QVi ardore tenetur, ſi rigor accidit, ſoluitur eo malo.

Videamus quid ſit ardor, aut unde fiat, aut quid ſit rigor. Ardor, quẽ græci dicunt καύσονα, eſt febris ſine interpolatione, quod apud antiquos incendium exponitur. Fit autem ex bilioſo humore, ſed ſanguine ultra modum commixto. Eſt uerò peracuta affectio, quæ uſque ad ſeptem dies durat. Aliquando in ſeptimo die iudicatur. Rigor aliud eſt à frigore: hoc enim ex frigido humore eſt, ille ex bilioſo humore: quoties ad ſuperficiem uenerit, & eroſionem moueat. Sed in febri ardente ſi ſuperuenerit rigor, ſoluit illam duobus modis: uno, quia ipſa bilis iam ad ſuperficiem uenit & euaporat: alio, quòd frigus intrò ingreditur, unde calor euaporat.

APHORIS. LIX.

FEbres tertianę exquiſitę ſeptenis circuitibus iudicantur, quod longiſſimum ſit.

Quum febrẽ tertianam exquiſitam dicit, nos intelligimus & nõ exquiſitã. Sed uideamus quot modis

modis agnoſcamus exquiſitam tertianam. Sex: Nempè materia, natura, tempore regione, copia ciborum, temperie. Hæc omnia exquiſitam denuntiant tertianam: quòd ſi aliquid ex his defuerit, iam non eſt exquiſita. Septem uerò circuitus ueniunt ad quatuordecim dies, quare eſt acuta affectio. Tantum ergo durat, quantum ardens febris, quæ durat ſeptem dies, tertiana quoque ſeptem. Nam ad quartumdecimum diem ſepties cõ mouetur. Quæras forſan: ſi ardens febris ex bile, & tertiana ex bile fit, quare hæc interpollata eſt, illa non? Ideo, quòd una materies ipſius humoris tribus modis ſubſiſtat, aut enim minima eſt, aut media, aut maxima, ſicut biliоſus humor: ex mediocri ergo ipſius humoris ſubſtantia, fit tertiana, & peruenit uſque ad minimum & euaporat, & fit diſſipatio. Vnde eſt dies interpolatus, & alia die remouetur. Ardens autem febris ex maxima fit materia: uel ſi uſque ad medium ueniat, ad minimum non pertinget. Et propterea non habet interpolationem. Deinde, quia bilis putrefacta ardentem febrem facit: adhuc, quia eſt intra uaſa, non eſt interpolata.

APHORIS. LX.

QVibus per febres aures obſurdueſrint, iſs ſanguis è naribus fuſus, aut aluus perturbata, ſoluit morbum.

Si in febribus ſit aurium ſurditas, bilis uapor

aſcendit ad ſuperficiem, & facit ſurditatem: ſi uerò ſanguinis ſit fluxus, ſiue uentris, reſoluitur affectus, eò quòd ipſa materies decurrat, ex qua fiebat ſurditas.

APHORIS. LXI.

FEbris niſi die critico deſierit, recidiuatio timenda eſt.

Galenus dicit: Sæpius uidi ac cognoui in critico die iudicatam febrem, poſtea recidiuaſſe. Item uidi in critico die iudicatam non repetijſſe: quid ergo? Hippocrates ne mentitus eſt? Non. Videamus ergo quare hoc dixerit Galenus, ac talis eſt ratio: Si antea non præceſſerint ſigna concoctionis, id eſt, aut capitis dolor, aut concoctio urinarum, aut uirtus ualida in pulſibus, & adueniente critico die, natura aliquid eiecerit, nõ iudicat perfectè: nam certat natura, & non ualet expellere totam ſuperfluitatem, unde non perfectè iudicat: Quando uerò ſupradicta ſigna præceſſerint, & in die critico, bona criſis fit, & perfectè iudicatur. Si enim in die critico non decreuerit, & alio die iudicata fuerit, tunc erit recidiua ægritudinis.

APHORIS. LXII.

QVibus per febres morbus regius ante ſeptimum diem accidit, letale eſt. *ante ſeptimum, id est, ante signa coctionis,*

Videamus quid ſit morbus regius, aut unde ſi

ar, aut

γ *est enim euacuatio symptomatica in qua natur*
irritata mittit humorem adustum tenuiorem in
rim, cragicre autem intus retento & noxio m
nè sustinente accroinde febris acutior fit e

at, aut quare fiat ante ſeptem dies. Icteros græcè dicitur cutis defœdata: fit autem ex melancholico humore, quoties exuberauerit aut qualitate, aut quantitate. Qualitate, quum per conſuetudinem habet acceſſus peruios, & per ſe excreuerit. Quantitate, quando tumet iecur, & exprimit illum, ſui ſuperfluitate redundans: ita, quia leuior eſt, ſuperna petit. Quæras, cur potius oculos tingat, quàm aliud membrum. Indubiè quatuor modis accidit: uno, quia humoribus opportuni ſunt, ut ab eis citò tingantur, & colorem acquirant: deinde, quia lenes ſunt & delicati: tertio, quia ſubtiles & aquoſi, unde & facilius huiuſmodi humore inficiuntur: quarto, quia citò apparet in ipſis quilibet color. Talis ergo color ante ſeptem dies, malum eſt: quia non natura ſuperfluitatem expulit, ſed quantitas uicit.

APHORIS. LXIII.

QVibus per febres quotidie frigus accidit, quotidie febres ſoluuntur.

Hic quammaximè de typicis & interpolatis loquitur: quia ſi quotidie rigores erunt, quotidie erit ſolutio, & diminutio caloris. Item ſi rigor aduenerit, ſignum eſt ad ſuperficiem uenire humorem, & roſionē excitare, ac minuere febres, quia euaporat materies.

APHORIS. LXIIII.

QVibus per febres morbus regius die ſeptimo, aut nono, aut quartodecimo acciderit, bono eſt: niſi ilia dextra obduruerint. Nam ſi hoc ita accidit, non bene eſt.

Nunc laudat morbum regium in febribus fieri, quia iam neutra eſt ægritudo, & natura ualidior eiecit ipſum humorem noxium ad ſuperficiem: unde fit iudicatio febris. Morbus enim regius (qui & arquatus dicitur) aut ex qualitate fit aut ex quantitate. Ex qualitate fit, quoties abundans fuerit bilioſus humor, & ſurſum tetenderit, unde & colores eorum tinguntur. Ex quantitate fit, quoties tumor fuerit in hepate: tumor nanq; exprimit fel illud, iactatque ad ſuperficiem. Vnde ſi ex duritia hepatis arquatus fiat, bonum eſt, quia relaxatio eſt aliqua. Si enim non fuerit arquatus, maius malum eſt.

APHORIS. LXV.

IN febrib⁹ ſi circa aluũ calor uehemẽs ac dolor uiſcerum infeſtat, malè eſt.

In febribus ſi fortè calor uehemens fuerit, aut uiſcerum dolor, malum ſignum eſt, bilem uiciſſe naturam. Veniens enim ad ſtomachum, illic detinetur, & excit mordicationẽ. Et quia ſtomachus uitioſus

uitioſus eſt, compatitur illi cerebrum, ubi eſt principium uitæ, & inde eſt malum totius corporis.

APHORIS. LXVI.

SI in febribus acutis, uentriculi morſus, & uiſcerum dolor infeſtarit, malum eſt. Quòd ſi ſuperuenerit morbus acutus, mortale.

Acutam febrem dicit, ut cauſonem. Dum ergo facit morſum bilioſa materies ueniens ad ſtomachum, qui duas membranas habet, neruoſas & carnoſas, in eum inter duas membranas ingreditur ipſa materies, & facit dolorem: & quum uentris & uiſcerum dolor malum ſint, nulla ſpes uitæ, ſi acutæ febri acuta ſuperueuerit affectio.

APHORIS. LXVII.

IN febribus ſi pauores per ſomnum autconuulſiones accidunt, male eſt.

Conſideremus quot modis fiat pauor. Quippe multifariam accidit. Primùm euenit iis quibus applicatur gladius, aut quibus ſubitò perturbatio aliqua animi oboritur, aliiſque multis cauſis. Nunc pauorem uapor aliquis excitat, qui aſcendit ad cerebrum, cuius ſubſtantia eſt alba: dum enim tincta fuerit ipſo uapore, & inde læſa, tũc ſenſus hominis quaſi in alienum ingrediuntur, non cognoſcentes ſe, alienatur mens, & fit pauor: &

ideo malum eſt, quia patitur totius corporis principium. Conuulſionem ſæpius dixit aut ex repletione, aut ex inanitione fieri, hic ex repletione fit: & quia nerui à cerebro oriuntur, materia abundans in cerebro facit conſtrictionem ac retractionem neruorum, & fit conuulſio. Quid ergo aliud eſt conuulſio, niſi inuoluntarius motus, uoluntaria obtinens loca?

APHORIS. LXVIII.

IN febribus ſpiritus ſubſiſtens, malo eſt, quoniam conuulſionẽ ſignificat.

Videndum quot modis ſpiritus ſubſiſtat. Tribus, aut ex nimia & acuta febre, aut ex abundante materia, aut ex debilitate uirium. Cõuulſio uerò ex debilitate nunc fit. Vnde malum dixit hoc eſſe Hippocrates. Aliquibus enim fit letale.

APHORIS. LXIX.

QVibus urinæ craſſæ, grumoſæ, & paucæ ſunt, non ſine febri: ſi tenues & copioſæ prodierint, proderũt. Maximè uerò tales exeũt ijs, qui ſtatim aut breui ſedimen habent.

Abſoluta ergo atq; digeſta ratione temporum & morborum, nunc urinarum nobis profert rationem. Et quia urinæ, totius corporis, uel ſanitatis, uel ægritudinis in ſpeculo demonſtrationes ſunt,

ſunt, neceſſariò eſt dicendum quid ſit urina, aut quot modis inſpectio ipſa conſideretur. Vrina eſt colamentum ſanguinis, ex hepate ueniens ad ueſicam, ut ipſe in initio huius libri docuit. Videntur autem urinæ tribus modis, aut ſubſtantia, aut colore, aut poſitione. Subſtantia, craſſæ an tenues: Colore, rubræ an nigræ, aut aliter coloratę: Poſitione ſiue ſitu trifariam uariat: aut ſurſum uergit, & dicitur ſuperior nebula, & oſtendit initium ægritudinis: aut in medio conſiſtit, & dicitur ſuſpenſum, & oſtendit mediam ęgritudinẽ, aut ueriſitatem totius corporis: aut in fundo matulæ reſidet, & dicitur ſubſidens. quod accidit trifariam, aut ex debilitate uirium, aut non præſente materia, quando uidelicet humor non contingit locæ urinaria, aut ex nimia cruditate & craſſitudine recidunt urinæ præ pondere. Vnde urinę tales non ſunt bonę in initio. Sed omnes urinę craſſę & grumoſæ ex craſſa fiunt materia: tales autem nõ excernuntur ſine febribus. Quòd ſi tenues & copioſæ prodierint urinæ, aut per naturam, aut per artem, bonum eſt.

APHORIS. LXX.

QVibus urina turbulenta, qualis iumentorum eſt, iſs dolor capitis uel adeſt, uel aderit.

Quæras hic: Quid ad urinam capitis dolor? Ni

mirum, quia cruditas humoris reſidet in ſtomacho, & hepar ſecundum conſuetam concoctionem non ualet concoquere & miniſtrare nutrimentum: & ſic colamentum ſanguinis ad urinam ex hepate uenit: urina totius corporis ſignificationem oſtendit: bene ergo dixit, quòd urinæ capitis dolorem oſtendant. Nam reſidens cruditas materiei in ſtomacho, ſuo humore cerebrum tangit, & extendit arterias, dolorémque capitis facit. Bene item dixit, quòd capitis dolor uel adeſt, uel aderit. Dum igitur medicus tales urinas inuenerit, prædicat, quòd ſi nõ adeſt capitis dolor, mox aderit. Iumentorum ideo dixit, quia tales ſunt, quales in equo aut mulo. Et quare tales urinas excernit equus? Quia craſſa abundat materia, hæc autem à calore agitata, urinam turbulentam efficit.

APHORIS. LXXI.

QVibus ſeptimò die iudicatur ad ſalutem, iis urina quarto die nubeculam habet rubicundam, & reliqua ex ratione.

In præſenti aphoriſmo docet Hippocrates, ꝙ ſi ſeptimo die iudicari debet ægritudo, quarto die talia præcedunt ſigna, hoc eſt, urina nubeculam habet rubicundam. Galenus tamen dicit non ſemper id fieri. Conſideremus ergo quando ſemper id fiat, quando non. Sunt enim aliqua ſigna quæ ſunt ſemper, ſunt etiam quæ non ſunt ſemper. Su

prà

prà autem docuit Hippocrates, quòd quartus dies indicet ſextum: ſexto uerò ueniente præcedunt ſigna ſeptimi, ut eo ueniente ſit iudicatio, ſicut & nunc docet. Si quarto die præceſſerint tales urinæ, & adueniente ſexto die fuerit dolor capitis, & uirtus ualida, ſeptimo die iudicabitur ad ſalutem. Si autem ſexto die adueniente, iſta nõ acciderint, uel ſi quarto die non fuerint talia ſigna, non iudicabitur affectio ſeptimo die.

APHORIS. LXXII.

QVibus urina candida, perlucida emittitur, malo eſt: deliris potiſſimùm talis euenit.

Nunc Hippocrates phreniticam uult oſtendere paſſionem. Aliqui autẽ interpretum dicebant, quòd illis uiſum eſt, idem eſſe perlucidum & album: quoniam id quod perlucidum eſt, etiam album eſt. Sed hi conuincuntur ratione: Quia non continuò ſi quid eſt album, idem & perlucidum erit. Verbi gratia, aqua perlucida eſt & alba: lac uerò album eſt, perlucidum tamen non eſt. Sed quo modo tales urinæ phreniticam oſtendunt paſſionem? Sciendũ, quòd qualis fuerit materia, talem ſignificat ægritudinis ſpeciem: & ut figulus tale effingit uas quale habuerit lutum: ſic etiam qualis fuerit materia, talem ſignificat urinam. Hæc ergo urina ex phlegmatica ſit materia. Sanguis, ſandaraches modo coloratam efficit urinam: cholera,

rubram: atra bilis, nigram. Sed phlegmaticus humor ideo talem urinam efficit, quia craſſitudo illa phlegmatica cerebrum tangens arterias extendit, & concauitates replens phreniticam inducit paſſionem. Vnde & in infantibus quammaximè iſtud contingere ſolet: quia dicimus phreniticam paſſionem fieri ex nimia ſiccitate, aut ex nimia humiditate. Si igitur ſanguis nimium abundans putruerit, inficit urinam, quæ eſt ipſius ſanguinis colamentum: & ſic ſandaraches modo coloratã reddit. Cholera uerò ideo rubram facit urinam, quia ex procreati ſanguinis colore naſcitur. Atra bilis ideo nigram reddit, quia ex fellita corruptione naſcitur.

APHORIS. LXXIII.

QVibus præcordia ſuſpenſa murmurant, ſi lumborum dolor acceſſerit, iſs alui admodum humectantur: niſi flatus erumpat, aut urinæ copia prodeat, idq; in febribus.

Interrogãdus nobis hic Hippocrates, quare dixerit præcordia ſuſpenſa, per quod intelliguntur tumentia. Sed uideamus quid uocet præcordia. Præcordia itaque hic dicuntur, quæ media cartilago, id eſt, diaphragma diuidit ab inteſtinis. At, quare præcordia dixit, & non inteſtina? Certum enim eſt, quòd ſpiritus flatulentus in ipſis inteſtinis ſit,

nis fit, & inteſtina extendat, faciátque tumorem, & ſic dolorem. Culpandúſne ergo erit Hippocrates, qui præcordia & non inteſtina dixerit? Minimè. Fieri nanq; poteſt, ut ſpiritus flatulentus in utriſque ſit, & in præcordijs, & in inteſtinis. Magis autem excitat dolorẽ circa lumbos, quia inteſtina extenſa lumbos premunt: & ſignũ eſt, quòd uentris erit ſolutio, aut urinę copia. Alia item oboritur quæſtio: Si morbus eſt intra inteſtina, quomodo per urinã egreditur? Reſpondemus: Quia ipſe ſpiritus flatulentus ex ſuperioribus partibus ad ueſicam deſcendit, & illud quod tenue eſt, per urinam excernitur. Et ut breuiter dicã, illud quod ab hepate trahitur, per urinã excernitur: illud aũt quod in uentre remanet, per ani meatum educitur. Deinde, à medicis poteſt fieri, ut ea quę in inteſtinis ſunt, per inuiſibiles cauernas ad ueſicam trahantur: quod fit quoties medicamento fuerit excitatus dolor, aut ſi fuerit febris, aut ut ſolent medici facere, ex arte calida adhibendo præſidia.

APHORIS. LXXIIII.

QVibus ſpes eſt in articulis abſceſſum futurũ, liberãt̃ per abſceſſum.

Hoc docet: Si cui fuerit ex ægritudinis uehementia abſceſſurum in articulos, uerbi gratia, in genu, & fuerit abſceſſus factus in talum, liberabitur corpus per abſceſſum. Sic itaq; quoties in arterijs fuerit, ex fluxu humoris è capite, locus ille-

per quẽ eruperit, liberat corpus à periculo: quia ſi ſuo loco erupiſſet, in faucibus eſſet abſceſſus.

APHORIS. LXXV.

VRina craſſa, copioſa & alba effecta, qualis in febribus laborioſis quarto die nõnullis exire incipit, leuat. Sed ſi ſanguis quoque è naribus eruperit, breui admodum leuabitur.

Sæpius diximus quædam eſſe naturalia, quædam non naturalia, & quædam contra naturam. Non naturalia ergo in medio conſtituta ſunt: fieri nanque poteſt ut albam hanc urinam febriens excernat, & item ſanus eodẽ modo. Sed ex unáne materia fit, an ex multis? Indubiè nõ ex una: nam de laborioſis febrib⁹ dicit, ut eſt Hemitritæus, aut duæ tertianæ, quæ ex cholera & phlegmate fiunt. Vrina ergo alba ex pituita fit, craſſa ex febre, quæ fit ex bilis abundante materia. Et quãdo fit? Quarto ſanè die, quando perturbatur natura, ut indicet ſeptimum diem. Si autem ſanguis è naribus eruperit, breui admodum leuabitur ægrotus: quia & hoc ſignum bonum eſt.

APHORIS. LXXVI.

SI ſanguis aut pus effluit per urinam, exulcerationem aut renum aut ueſicæ ſignificat.

In

In præſenti aphoriſmo Hippocrates duo loca nominat, renes & ueſicam: duo item, hepar uidelicet & penem nõ nominauit, per quæ omnia uri na miniſtratur, non enim continuò in ueſicam deſcendit: & quamuis naturę datũ ſit, ut ex uoluntate mingat, tamen ad continendum non ſufficeret uirtus. Sed quia urina colamentum eſt ſanguinis, fertur ab hepate per duos meatus urinarios (qui græcis dicuntur ureteres) ad renes, itémque à renibus in ueſicam. Veſica enim duas membranas habet, in quarum medio poſitus eſt meatus qui ueſicæ miniſtrat: quando ergo in ueſica miniſtratur urina, membrana illa interius tenditur & claudit meatum illum, retinetúrque urina: at ubi receſſerit extenſio, emittitur urina. Ideo autem Hippocrates media loca nominauit, ut extrema intelligas. Sed cur ſanguis & pus effluit? Quia ſicut in dyſenteria ſanguis & pus manant, ita & hic. Sanguis ergo ex ruptura fit, pus aũt ex exulceratiõe.

APHORIS. LXXVII.

QVibus cum urina craſſa caruncułæ exiguę, aut ueluti capillamenta exeunt, ex renibus iſs excernitur.

Hoc ex duplici fit materia, ex ſanguine uidelicet & phlegmate. Nam quædã ſunt animalia quæ ex humoribus fiunt in corpore noſtro, propter loci qualitatem, ut lumbrici, & in arterijs & uenis

grumi: quia naturalis calor ſanguinem conſtringens facit grumos. Sic etiam in iſtis calor ſuperueniens, ex phlegmate calculos, & ex ſanguine ueluti capillamẽta facit, in meatibus urinarijs, propter qualitatẽ loci: quemadmodum figulus ex argilla humida facit figuram aliquam, & ponit ad ignem, & quo d antè fuit lutum, lapis efficitur.

APHORIS. LXXVIII.

QVibus cum urina craſſa furfurea quædam exeunt, ijs ueſica ſcabie affecta eſt.

Dicunt hoc & in maraſmo, & in hectica febre ſimiliter fieri: ſed in illis tota corporis habitudo conſumitur, in ſcabie uerò ueſicæ tantùm furfurea quædam ſunt in urina: quia non ex alio loco poteſt urina ducere furfures, quàm ueſica.

APHORIS. LXXIX.

QVicunque repente & ſponte ſanguinem mingunt, ijs uenulam ruptam eſſe in renibus ſignificatur.

Videamus quare in renibus uenula rumpat, & non in ueſica. Nimirum, quia uenæ quæ in renibus ſunt, tenuiores ſunt ijs quæ in ueſica, & hæ ſe habent ſecundum loci qualitatem. Quæ enim ſunt in renibus, hoc eſt, quæ ureteres dicuntur, aliquando aperiuntur, aliquando claudũtur. Dum

ergo

ergo clauſæ fuerint & incorruptæ, urinam miniſtrant: dum apertæ & corruptæ, ſanguinẽ. Vrina uerò quanto tenuior eſt, tanto facilius per locum anguſtum excernitur. Sanguis autem quãto craſſior & glutinoſior eſt, tanto difficilius per anguſtum locum egreditur: ſanguis ergo iſte ex renibus fertur, non ex ueſica. Aliud autem eſt quod dicit repentè, aliud ſpontè. Repentè enim eſt ſubitò, ſpontè autem ex natura.

APHORIS. LXXX.

QVib⁹ in urina deſident arenoſa, iſs calculo ueſica laborat, uel renes.

Nunc de calculo inſtituit dicere. Sed quia quibuſdam ætatibus eſt in ueſica, quibuſdam uerò in renibus, uideamus quibus ſit in renibus, & quibus in ueſica. Sciendum, aliud eſſe patiens, aliud agens: patiens eſt materia phlegmatica, in infantibus: agens uerò, calor in maioribus. Infantes ergo in ueſica habent. Maiores uerò in renibus habent, & non in ueſica, quòd maiores habeant uenas. Deinde quia infantes qualitatem paſſiuam habent, actiuam non habent: iuuenes autem actiuam habent qualitatem, paſſiuam non habent, quia exercentur. Deinde quia fortiores habent uenas in renibus, infantes uerò in ueſica.

APHORIS. LXXXI.

SI quis ſanguinẽ mingit,& grumos, & guttatim emittit urinam,ac dolore ad uentrẽ imum,& pectinẽ, & femẽ uexatur,morbis circa ueſicam laborat.

In hoc aphoriſmo oſtendit Hippocrates,quomodo morbus morbum generat. Sciendum uerò,ſanguinem duobus modis erumpere,aut propter abundantiam, aut propter exaſperationem uenæ. Nunc propter exaſperationem uenæ erumpit. Paulatim autem exiens, grumos facit: grumus autem ſtillicidium urinæ. Multis uerò modis urinæ ſtillicidium accidit,aut ex debilitate expultricis uirtutis,aut ex tumore meatuũ,aut ex oppilatione craſſæ materiæ,aut ex frigore, aut ex grumis:unde & nunc fit,quia obturant. Et quia grumus iſte in ſeminalibus uaſis, ac ueſicæ ceruice ſe continet,omnibus ſuprà dictis locis dolorem facit. Sed quomodo hoc cognoſcere poterimus? Quãdo ſanguis aut grumi cum urina excernunt.

APHORIS. LXXXII.

SI quis ſanguinem,aut pus,aut ſquamulas mingit,& cum graueolentia in urina,exulceratio ueſicæ ſignificatur.

Vnde cognoſcemus ueſicæ eſſe iſtam exulcerationem,& nõ renum? Duobus ſanè modis. Vno, quia

quia ſanguis, ut ſuprà oſtendimus, ex ueſica potius quàm ex renibus fluit: Altero, quia graueolentia urinæ indicio eſt, non è renibus eſſe illum ſanguinem: ſi enim hoc eſſet, emiſſo ſanguine dolor mitior redderetur. Dum ergo hæc duo uideris, ſcias ex ueſica eſſe potius, quàm ex alio loco.

APHORIS. LXXXIII.

QVibus in urinaria fiſtula tubercula oriuntur, iſs ſuppuratione facta & eruptione, leuatur dolor.

Tumor qui in iſtis fuerit locis, ſemper in abſceſſum conuertitur, quia locus per ſe calidus eſt: unde etiam fit ut citius fiat ſaniei eruptio. Non eſt ergo neceſſe calida illic præſidia adhibere. Quũ autẽ in fiſtula urinaria tubercula fuerint, urina more conſueto non excernitur: facta autem eruptione, continuò leuatur dolor. Inde igitur cognoſcitur talis urinæ defectus, quòd ſecundum ſuam naturam poſtea excernatur urina.

APHORIS. LXXXIIII.

MIctio noctu copioſè facta, exiguam fore deiectionem ſignificat.

Quæſtio hic nobis oboritur: cur, ſi copioſa ſit urina, exigua ſit deiectio alui? Aut cur dicit nocte copioſam emitti urinam? Sciendum, in corpore noſtro quatuor eſſe uirtutes naturę inſeruientes: hæ ſunt aſſumptio, concoctio, nutrimentum, &

excretio. Prior ergo eſt concoctio nutrimento. Sed ſi quantum aſſumimus, tantum in nutrimentum uerteretur, noxium eſſet corpori. Prima ergo concoctio in uentriculo fit. Si autem magna fit concoctio, deiectio alui minor erit, & hepati ſubminiſtratur maxima pars nutrimẽti, ac plus deſcendit in ueſicam quàm in uentrem: quia dictum eſt, urinam eſſe colamentum ſanguinis ex hepate uenientis. Si uerò minor fuerit concoctio in uentriculo, maxima erit excretio alui, & minus miniſtrabitur hepati: quanto autem minus habuerit hepar, tanto minus erit urinæ. Noctem interpretes comparauerunt hyemi, & diem æſtati, propter calorem in hoc maximum, in illa minimũ. Sic & nũc dicimus calorẽ naturalem & uirtutes operatiuas noctu intus detineri: calor aũt naturalis cõcoctionẽ uel excretionẽ ſic celeri⁹ facit.

APHORIS. LXXXV.

QVibus febricitantibus in urinis ſedimina ſimilæ ſpecie referentia fiunt, longam ægritudinẽ fore ſignificãt.

Sedimina ſimilæ habentia ſpeciem multis modis fiunt, aut ex cruditate humoris, aut ex inflatione, quæ corpus corrũpit, aut ex fluxu humorum è capite, quem rheumatiſmum dicunt. Hęc autem de quibus hic ſermo eſt, ex craſſo fiunt humore: unde longam ſignificant ægritudinem.

Aphor

APHORIS. LXXXVI.

QVibus autem bilioſa ſedimina ſurſum, & urinę tenues, acutum morbum ſignificant.

Tales urinæ ex bilioſa fiunt materia: & quemadmodum humor bilioſus eſt acutus, ſic acutum generat morbum.

APHORIS. LXXXVII.

QVibus uerò inſtabiles urinæ uidentur, his tumor ſolidus in corpore eſt.

Inſtabiles urinæ tribus modis fiunt, aut ex oppilatione meatuum, aut ex craſſa materia, aut ex uirtute debili, quæ non operatur concoctionem. Iſtæ maximè fiunt ex craſſa materia, & oppilatione meatuum: quia dicitur turbatio, hoc eſt, confuſio humorum. Vnde uidentes indocti medici tales urinas, exiſtimant eſſe quaſi frigidas: dum eñ uident, mox relaxationem corporis moliũtur, id eſt, uenæ ſectionem.

APHORIS. LXXXVIII.

QVibus in urina ſupernatant bullæ, aut urinæ ſpeciem habent ſaliuæ, phrenitidem oſtendunt, & longam ægritudinem futuram.

Iſtud ex phlegmate accidit in ſpiritum flatulentum reſoluto, cuius qualitas ad cerebrum aſcendens, phrenitidem facit. Longam uerò ægritudinẽ ſignificat, qa craſſa materia tardius attenuat.

APHORIS. LXXXIX.

QVibus ſedimen craſſum & multum, his nephriticam & acutam ægritudinem ſignificat.

Quibus craſſum & copioſum fuerit ſedimen, nephriticam affectionem ſignificat & acutam ægritudinem: quia quod craſſum eſt infrà decurrit, ueniens autem ad renes exhalari non poteſt, unde acutos excitat dolores.

APHORIS. XC.

QVibus nephriticis prædicta ſigna eueniunt, dolores autem acuti circa muſculos ſpinæ fiunt, ſiquidem circa exteriora loca fiunt, abſceſſus magis expecta in interiore parte.

Si ſigna illa fuerint, hoc eſt, craſſum et multum ſedimen, & dolores fiant circa muſculos ſpinæ, idq; loco exteriore, expectato abſceſſum parte interiore. Quatuor enim ſunt muſculi, quorum nomina in anatomicis habentur: duo uidelicet qui per ſpinam deſcendunt, & corpus dirigunt, duo item qui intus ad inguina ueniunt, qui uuluam mulieris

mulieris continent,& ossa illa quæ aperiuntur, quum mulieres pariunt. Vnde graues patiuntur dolores. Duo illi qui per spinam ueniunt,à renibus descendunt:& ob hoc dicit,si fuerit nephritica affectio,& dolor musculorum istorum abscessum faciunt ex ipso humore in parte interiore.

APHORIS. XCI.

QVibus pus est in articulis, eruptio liberat ab abscessu.

Hic ostendit:Si cui fuerit dolor ac tumor ex ægritudine,& euaserit ad talia loca,hoc est,ad articulos,uerbi gratia,in genua,aut talos,& ibi fuerit facta eruptio,liberatur is locus per abscessum. Similiter,quoties in arterijs fuerit tumor ex fluxu humoris è capite,tunc locus is per quē facta fuerit eruptio,per abscessum liberatur à periculo:si autem non eruperit,in fauces descendit.

LIBER QVINTVS.

APHORISMVS PRIMVS.

Conuulsio à ueratro letalis est.

Absoluta quarta particula,in qua Hippocrates ægritudinū nobis cognitionem dedit, item inspectionem totius corporis uel ægritudinum, hoc

eſt, urinarum differentias: nũc tranſit ad quintam particulam, dicens à ueratro fieri conuulſionem. Sæpius antè docuit, conuulſionẽ aut ex repletione fieri, aut ex inanitiõe, quomodo nunc dicit ex alia cauſa fieri? Dicimus, ex his duabus cauſis fieri conuulſionem, nec ex aliis. Veratrum autem arefacit & deſiccat humorẽ naturalem, extenuat muſculos, debilitat neruos, & hæc omnia ad inanitionem faciunt: quæ autem erit ſpes uitæ, quum à peſtifero præſidio acciderit peracuta affectio?

APHORIS. II.

Conuulſio à uulnere letalis eſt.

Videamus de quali uulnere dicat, aut quo in loco naſcente. Sciendum de his tantum uulneribus Hippocratem loqui, quæ in membris principalibus fiunt. Nã ſi fuerit uulnus in mẽbro principali, ut eſt hepar, aut cerebrum, & fiat conuulſio, letale eſt: quia ſignificat aut debilem eſſe uirtutẽ, aut abundantem in eo membro materiam.

APHORIS. III.

Sanguinis multę, pfuſioni cõuulſio, aut ſingultus ſuperueniẽs, malo eſt.

Sanguis toti corpori nutrimentum miniſtrat: qui ſi profuſus fuerit, & ex profuſione, aut commixtione, aut inundatione nata fuerit conuulſio, aut ſingultus, quia utræque hæ affectiones ex inanitione fiunt, malum eſt: quia uirtus imminuitur

tur, & nutrimentum naturæ non miniſtratur.

APHORIS. IIII.

IMmoderatę purgationi cõuulſio aut ſingultus ſuperueniens, malum eſt.

Immoderata purgatio eſt, quoties quis multũ aſſumit, & multum excernit ac debilitatur: ut ſi quis ueratrum acceperit aut aliud ſimile, & ex tali inanitiõe naſcatur conuulſio, malum eſt, & aliquando mortale. Nã tres ſunt ordines apud Hippocratem, malum, peſſimum, mortale.

APHORIS. V.

SI ebrius quiſquam ſubitò obmutuerit, conuulſus emoritur, niſi prehenſus à febre ſit: aut quum ad eam uenerit horam qua crapula ſoluitur, facultatem recipiat loquendi.

Ebrij dicuntur qui multum uini potando mentę alienantur. Vnde & mouere corpus uolunt, & pedes agitare, ſed nõ ualent. Vinum enim aſſumptum calidum eſt, quod immodicè potum in frigus conuertitur. Si igitur quis ebrius ſubitò obmutuerit, malum eſt, quia repletæ ſunt concauitates cerebri: & ſic conuulſio fit, quia patiuntur nerui qui à cerebro procedunt: quum autem patitur principiũ, quo modo nõ patietur hoc quod à principio procedit? Febrẽ uerò dicit curare hunc

affectũ, quia reſoluit ea quę infrigiditata ſunt à nimio uino: & nunc per contrariam curari uult affectionem. Huiuſmodi enim cõuulſionem ex frigore ortam, curat febris quæ motu ſuo excitat calorem. Horam dixit, ut cõſideret medicus qua hora ſoleat crapula ſolui, utputa ſeptima hora aut nona. Si ſoluta nõ fuerit crapula, malum eſt: quia ſignificat totam habitudinem, & uirtutes naturales eſſe infectas. Si autem loquutus fuerit qua hora ſolita eſt crapula ſolui, non eſt malum.

APHORIS. VI.

QVi à diſtentione prehendũtur, intra quartum diem intereunt. Si tamen nos euaſerint, conualeſcunt.

Superius enim dictum eſt, peracutum morbum intra dies quatuor iudicari. Peracutus enim morbus dicitur, qui quarto die iudicatur. Si autẽ quartum diem tranſierit, iam non eſt peracutus morbus, neque periculum eſt mortis.

APHORIS. VII.

COmitiales quibus ante pubertatem accidunt, mutationem recipiunt: quibus anno uigeſimoquinto, commoriuntur.

Hoc dicit: Si acciderit morbus comitialis ante pubertatẽ, id eſt, ante pubertatis ætatem, aut antè quàm

tè quàm ad iuuentam perueniatur, mutationem recipit: quia est immutatio temporis, ætatis, & humoris. Si autem uigesimoquinto anno acciderit, iam non est spes immutationis.

APHORIS. VIII.

CONuulsioni aut distentioni febris acuta superueniens, soluit ægritudinem.

Vtræque hæ affectiones ex una fiunt materia. Vniuersalem uerò affectionem uniuersale curat præsidium, quod est febris.

APHORIS IX.

QVibus costales non repurgantur intra quartumdecimũ diem, ij in suppurationem uertuntur.

In isto aphorismo ostendit: Si quis costali morbo laborauerit, quartodecimo die iudicat: ibi enim crisis ipsius ęgritudinis est, aut ad uitã, aut ad mortem. Videamus ergo quare tunc iudicatur. Pone, exempli causa, esse materiam tenuẽ, & uirtutem calidam, ueniente quartodecimo die iudicatur ægritudo. Si enim fuerit uirtus debilis, & abũdans materia, adueniente die quartodecimo certãt humores cum uirtute. Virtus ergo & natura non ualentes expellere humores, in aliam mutant affectionem, id est, ex costali fit empyema, hoc est, sup-

puratio thoracis: hæc autem ſuppuratio niſi intra quadrageſimum diem purgetur, tranſit in phthiſin, quę eſt exulceratio pulmonum, & totius corporis conſumptio.

APHORIS. X.

TAbes maximè fit per ætates, ab anno decimooctauo ad trigeſimumquintum.

In hac nanque ætate fit denſitas, quia multum exercitantur: tunc enim exercitijs apti ſunt. Vnde & Romanorum lex hanc ętatem probat: & quos antiqui uolebant ad bellum educere, ab anno decimooctauo aſſumębant. Nam antè, à quartodecimo uſque ad decimumoctauum leuioribus quibuſdam exercitijs exercebãtur: ab anno autem decimooctauo uſque ad trigeſimumquintum ad arma mittebantur: à trigeſimoquinto uſq; ad ſexageſimum tribuni erant: à ſexageſimo uerò complebant militiam, & accipiebant honoris dignitatem, & rude donabantur, licebátq; illis quod uoluiſſent agere. Ab anno igitur decimooctauo uſque ad trigeſimumquintũ fit maximè tabes: quia qui huius ſunt ætatis, currunt, & iactant ſeſe, & incompoſitè comedunt: hæc autem omnia attenuant. Tabes uerò ſiue phthiſis nihil aliud eſt, quàm conſumptio totius corporis, quæ maximè in iſta ætate fit: poſt hanc, non item.

Aphor

APHORIS. XI.

QVi anginã euaſerint, iis in pulmonem abſceditur, & intra ſeptenos dies intereunt. Si tamen hos dies euaſerint, ſuppurantur.

Angina morbus eſt acutus, & locum ſubinde mutat, ac fit peracutus. Nã ex faucibus tranſit ad pulmones, unde facit peripneumoniã, et intra ſeptimum diem moriuntur: aduenientes autẽ ignari medici credunt ſanos eſſe: docti uerò cognoſcunt quòd ad pulmones deſcenderit angina, & prædicunt ſeptimo die morituros. Sed quomodo cognoſcemus utrum morientur? Dicimus, id futurũ quando humores uincunt naturã. Vnde autẽ cognoſcemus deſcenderitne angina ad pulmones an non? ex urinane? Non. Sed cognoſcetur ex loco uicino, ac proprio ſigno, id eſt, per pulſum: quia cor uicinum eſt pulmonibus, nec ulli membro ſic compatitur ut pulmonibus, & his ex quibus officium habent: per pulſum ergo optimè cognoſcemus, utrum ad pulmones deſcenderit angina an non. Si autem ſeptimus dies tranſierit, & peripneumonia uertitur in ſuppurationem.

APHORIS. XII.

QVi tabe infeſtãtur, ſi quod deſpuunt & exuſſiũt, grauiter olet in ig

nẽ impoſitũ, & capilli defluũt, letale eſt.

Vult oſtendere in prẽſenti aphoriſmo, quomodo cognoſcentes tabem, alicuius uitam uel mortem ualeamus prænunciare: & dat ſigna quibus mortem poſſit medicus prædicere, dicẽs: Si quod deſpuunt et extuſſiunt, grauiter olet in ignem impoſitum, mortale eſt. Quòd grauiter olet, ſignificat craſſam eſſe materiam, & multo tempore in loco putrefactam. Videamus nunc quare ſputum in ignem impoſitum puteat. Id fit duobus modis. Primùm, quòd humectatione careat, unde antea grauem odorem non reddebat: Deinde, quia craſſa calore reſoluta, odorem ſiue bonum, ſiue malum emittunt. Dat & aliud ſignum mortis, inquiens: Si capilli defluxerint, mortale eſt. Videamus quot modis in tabe capilli defluant. Tribus nimirum: uno, ex debilitate uirium: Deinde, ex diminuta materia: Tertio, quòd cerebrum ſimul patiatur: quæ autem erit uitæ ſpes, ubi ipſum principium patitur?

APHORIS. XIII.

QVibus per tabem capilli defluunt, ij ſuperueniente alui fluxione, moriuntur.

Ponit aliud ſignum de tabe: Si, inquiens, capilli defluant, & ſuperuenerit uentris profluuium, mortale eſt: quia tria principia patiuntur: Cor, quod

quod temperiem non accipit: cerebrum, quod ex imbecillitate relinquit capillos: & hepar, ex debilitate uirtutis retentiuæ.

APHORIS. XIIII.

QVi ſpumantes ſanguinem deſpuunt, iis de pulmone educitur.

Hepar noſtrum ſanguinem in ſe continet, & totum corpus per uenarum meatus ſanguine replet: ſed indiget à corde ſpiritu, ut ſanguinem illum magis augeat & impleat: cor ergo ſpiritū hepati tranſmittit. Indiget enim ſanguine ab hepate, ut ab ipſo nutriatur. Et quia cor uitæ noſtræ eſt principium, defertur ab hepate ad pulmonē ſanguis: pulmones enim ſubtiles ſunt, arteriis pleni, & ſecernunt mundiſſimum ſanguinem, & tradūt cordi, ut inde nutriatur, & naturalem conſeruet calorem atque ſpiritum. Illud ergo quod remanet in pulmonibus, leue eſt atque ſubtile. Et ideo ſpumoſum exit, propter loci qualitatem.

APHORIS. XV.

TAbe detentis fluxio alui accidens, letalis eſt.

Si debilem uirtutē ſubſequitur fluxio alui, quæ magis debilitat, quæ erit uitæ ſpes, dum hoc acciderit?

APHORIS. XVI.

COstalis morbus die quartodecímo aut ſoluit̃,aut in ſuppuratiõẽ uertitur.Suppuratio autem quadrageſímo die purgatur,aut in tabem tranſit.

In præſenti aphoriſmo Hippocrates trium ægritudinum tempora oſtendit,dicens:Si quis coſtali morbo laborauerit,& quartodecimo die nõ iudicetur ægritudo,ſignificat uirtutem & humores eſſe æquales.Et quid facit natura?mutat acutum morbum in longum, & quartodecimo die iam non dicitur morbus coſtalis,ſed ſuppuratio: quia antè dictum eſt,morbos acutos die decimoquarto iudicari.Vbi autem ſuppuratio ad quadrageſimum diem peruenerit,ſi ualida fuerit uirtus, & materies minor,iudicatur ægritudo.Si uerò æquales fuerint,ut paulò ſuperius dicebamus, tũc tranſit ſuppuratio in aliam ægritudinem,hoc eſt, tabem.Tabes enim duobus modis dicitur,aut eñ tumor eſt in pulmonibus, aut conſumptio totius corporis:hic autem ex conſumptione dicuntur tabidi.

APHORIS. XVII.

CAlida,detrimẽta hæc infert,ijs qui immodicè utuntur,carnis effœminationem, neruorum incontinentiam, mentis

mentis torpedinem, ſanguinis profuſionem, animæ defectionem: è quibus abolitio ſequitur.

Abſoluta atque digeſta ratione de ægritudinibus, & de urinis, nunc quoque uult Hippocrates quarundam qualitatum rationem oſtẽdere: quid poſſit calida efficere, quídue frigida. Sed interrogandus eſt hic Hippocrates, qui dixerit, calorem eſſe naturę amicum, frigus autem inimicum: Nũc autem qua ratione dicit calorem nocere, & mortem inferre? Reſpondemus, Hippocratem nunc loqui de calore immodico. Dicit enim, Calidam iis qui immodicè utuntur, carnis effœminationẽ inferre, eò quòd diſſoluat: & reliqua quæ prædicta ſunt omnia infert, quæ etiam mortem aliquando inferunt.

APHORIS. XVIII.

FRigida cõuulſiones, diſtentiones, liuores, rigores febriles.

Nunc de frigida dicit, oſtendẽs eam conuulſiones & diſtentiones inferre, quæ ex eadem materia, præcipuè frigida oriuntur. Liuores uerò infert frigida, quia quęcunque à calore relinquuntur, liuida efficiuntur: quale eſt cadauer hominis mortui. Rigores item febriles facit, quia condenſat ſuperficiem, & cohibet calorem.

APHORIS. XIX.

FRigida ossibus, dentibus, neruis, cerebro, medullæ dorsali, inimica est: calida uerò amica est.

Conatur ostendere quibus membris contraria & inimica sit frigida, dicitque ossibus & dentibus aliisque membris quæ sua natura sunt frigida, frigidam esse inimicam. Sed quomodo ossa quæ insensibilia sunt, habent inimicum? Dicimus, non solùm sensibilia, sed etiam insensibilia habere inimicum, ut est lapis qui ab igne corrumpitur, & reliqua eiusmodi. Hac autem ratione dicit frigidam ossibus, & neruis, dentibúsq; ac reliquis quæ per se frigida sunt, esse inimicam, quòd frigus frigori augmento est: quæ autem nimis augentur superflua fiunt, superflua uerò ægritudines gignũt, atque ideo frigus frigori inimicum dixit. Dentes enim nostri habent quandam uim insitam ut sentiant quæ assumunt, adeò ut siue calidum sit, siue frigidum quod assumitur, sentiant: & quamuis ossa sint, habent tamen intus quiddam sensibile, ideóque inimicam habent frigidam, & ab ea læduntur. Medulla autem dorsalis, cerebrum, aliaq; membra superius posita, frigida sunt sua natura: quare & ipsa frigidam habent inimicam, propter causam uidelicet antè dictam. Calidam uerò his amicam dixit, quia temperies non fit nisi ex contrarijs qualitatibus.

Aphor

APHORIS. XX.

QVæ perfrixerint, calefaciẽda ſunt, exceptis his quæ ſanguinem profundunt.

In præſenti aphoriſmo docet, quòd ea quæ nimis perfrixerunt, calefacienda ſunt: & nunc laudat calorem in his quæ perfrixerunt. Conſideremus quid uelit. Nã & illos affectus ſuprà dictos calefaciendos docet, ſi ex frigore acciderint: illos uerò qui ſanguinem profundunt, præcipit nõ calefaciẽdos. Nimirum, quia in illis ſuprà dictis ſoluitur calore frigus: in his autem quibus ſanguis fluit, calor magis aperit & relaxat.

APHORIS. XXI.

FRigida ulceribus mordax eſt, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem mouet, liuorem trahit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones inuehit.

Frigidam dicit ulceribus eſſe mordacem, quia ſuperficies noſtra neruoſa eſt, & celerius ſentit, ſiue frigus ſiue calorẽ. Cutẽ obdurat frigida, quia ſuperficiem conſtipat & conſtringit. Dolorẽ inſuppurabilem ideo facit: quia ſuppuratio ſiue ſanies non fit niſi ex calore & humectatione. Liuorem facit, quia abſente calore liuidum redditur membrum. Rigores febriles, conuulſiones, & diſtentiones ex ipſo frigore fiunt.

ARHORIS. XXII.

NOnnunquam per diſtentionem ſi ne ulcere, iuuene bene corporato, æſtate media, frigidæ larga perfuſio reuocat calorem: calor autem mala hæc tollit.

Quale id eſt, quod nũc facit Hippocrates? Antè uituperauit frigidam, nunc contrà laudat. Sed iſtud magnorum atq; ſapientum eſt, ut pòſt laudent, quod antè uituperauerint: quod Hippocrates nunc de frigida facit: loco ſuo illam uituperauit, nunc loco ſuo laudat. Sed interrogare Hippocratem libet, cur dicat diſtentionem frigida curari, quum ex frigore fiat: quomodo frigus frigore curabitur? & cur dicit diſtentionem ſine ulcere? Sciendum quòd ſi fuerit ulcus in loco neruoſo, hoc facit diſtentionem, atque ob id dicit, per diſtentionem ſine ulcere in iuuene bene corporato & carnoſo (quia idem calidus eſt, & cito euaporationem patitur) media æſtate (quando uidelicet caniculares ſunt dies, & euaporatio facilius fit) frigidæ larga perfuſio reuocat calorem, calor autem diſtentionem curat, & aufert. Quia omnia illa euaporationem faciebant, dum autem calor euaporatur, frigus magis dominatur, quod affectionem parit. Sed frigidæ perfuſio meatus conſtringit & claudit, qui claùſi ægritudinem & calorem

rem adunant, calor uerò adunatus affectionem tollit. Nam omnis curatio duobus præcipuè modis fit, aut à contrario, aut à simili. Sic frigida superfusa curat frigus, quia frigus calorem constringit, calor autem ægritudinem curat.

APHORIS. XVIII.

CAlida, ſuppuratoria ulcerũ omniũm eſt, excepto uulnere recenti, ſummum ſecuritatis præſtat indicium, cutem mollit & extenuat, dolorem ſedat, rigores & conuulſiones lenit, diſtentiones mitigat, capitis autẽ grauitatem ſoluit, oſſibus fractis plurimum prodeſt ſed præcipuè iſs quæ exuta ſunt: eorũq; maximè iſs quæ ulcera habent capitis, & quæ ab algore uel moriuntur, uel ulcerantur. Necnon repentibus comeſis, ſedi, genitali, utero, ueſicæ opitulatur. His calida amica & decretoria eſt, frigida inimica atque interimens.

Oſtendere uult Hippocrates, quid efficiat calida, & quibus affectibus amica ſit, dicitque quòd ſuppuratoria eſt. Suprà enim dictum eſt, omne quod putrefit, à calore putrefieri. Excepto uulnere recenti, dicit, quia in tali malum eſt calidam ad

hibere: quum enim calor calori additur, maior fit putrefactio. Vulneratis recenter, si calidam adhibueris, uberius fluet sanguis. Sed postquam steterit uulnus & doluerit, calida purgantur & reparantur. Cutem mollit & extenuat, & aliquando sine dolore rumpit. Vnde etiam in abscessibus calida adhibemus præsidia. Dolorem sedat, quia calor mediocris mitigat dolorem. Rigores, cõuulsiones, & distentiones curat, quia contraria contrariis remedio sunt. Capitis grauitatem soluit, quia grauitas capitis ex crasso humore fit, quem calor resoluit. Ossibus fractis plurimum prodest. Tripliciter autem contingit ossa frangi: Aliquando enim rumpitur & cutis & os, sed os non exit. Aliquando rumpitur cutis & simul os, ac medulla foras erumpit. Vnde spes nulla est. Aliquando uerò non rupta cute, os frangitur. In istis ergo fomentationes oportet adhibere. Maximè iis quæ ulcera habent capitis, prodest calida, quòd cerebrum frigidum sit & humidum. Et quæ ab algore moriũtur uel ulcerantur, curat calida. Item repentia comesa (quæ græci herpetes dicunt) curat calida. Aliud uerò est herpes, & aliud ignis sacer. Eis ergo quæ ulcerata sunt, iubet Hippocrates admouere calidam, ut magis putrefiant, quia ex bilioso fiunt humore. His autẽ quæ sine ulceratione sunt, non præcipit adhibere calidam, quia ex calore & humectatione fit eruptio. Sedi, genitali, utero, & ueficæ opitulatur calida. Sed paulatim adhibenda est,

da eſt, quia hæc loca neruoſa ſunt & frigidæ naturæ, & ob id frigida eſt inimica, calida uerò amica, quia calore gaudent & reparantur. Atq; ideo cõgaudent genitale & uterus calore, quia reparantur: & quò maior fuerit in eis concuſſio caloris, eò magis gaudent, adeò, ut aliquãdo triſtetur natura, non debilitetur.

APHORIS. XXIIII.

VSus frigidæ, ubi ſanguis profundi tur aut profundetur: attamen non quà effluit, ſed iuxtà iniſciẽda eſt. Quin etiam ubi inflammationes ſunt, uel inflammina, ad rubrum, cruentúmue tendentia, ſanguine recenti. Nã ueteribus quidem nigredinem affert. Ignem etiam ſacrum non exulceratum iuuat, exulceratum, lædit.

Si cui ſanguis è naribus fluat, illi frigidam aquam in nares immittamus: & ſi forſan non ſiſtatur ſanguis, iterum illi frigidam in faciem aut caput immittam. Sed timeo ne ad cerebrum perueniat, & lædat potius quàm iuuet: quidnam ergo faciendum? Conſiderabo locum unde fluxus eſt: hoc eſt, ſi è dextra nare fluat, hepati adhibebo frigidam aquam: ſi uerò è ſiniſtra, ſpleni ſimiliter adhibebo. Sed illud conſiderandum eſt, ne forſitan

tumor ſit, & lædat potius quàm iuuet. Et ſi rubo-rem fecerit in facie, ſuperfuſa frigida, deſinit rubor, ubi ſanguis effuſus fuerit. In uulnere uerò nigro contraria eſt frigida. Ignem ſacrum (quę erysipelas dicunt) non exulceratũ iuuat, plus em̃ ſanguinis habet quàm choleræ: ſed ulceratũ lædit, qa plus habet cholerę quàm ſanguinis. Et dũ frigidã ſuperfundis, cohibes calorẽ, & celeriter putrefit.

APHORIS. XXV.

FRigida qualis nix, aut cryſtallus, pectori inimica eſt, tuſſes mouet et ſanguinem, & deſtillationem. Tumores articulorum & dolores ſine ulcere, atque etiam podagricos dolores & conuulſa, aqua frigida largè affuſa, magna ex parte leuat, ſoluit dolorẽ & extenuat. Torpor enim mediocris dolorem mitigat.

Ponit hic Hippocrates niuis & cryſtalli comparationem cũ frigida. Conſideremus ergo quid ſit nix, quid cryſtallus, & quomodo fiant. Nix eſt aër in pluuiam reſolutus, glacialium uẽtorum frigore, ſuperiora aëris perflantium cõſtrictus. Cryſtallus gemma eſt luciditſima, quæ fit ex glacie multis annis in montibus concreta, hoc eſt, quũ uiginti aut triginta annos congelata eſt, uim liquoris amittit, unde frigidiſſima eſt. Hanc ergo Hippocrates in exemplum ſumpſit. Dicitque: Si

quis

quis frigidam potauerit, ut ſolent nõnulli niuem comedere, inimica & contraria eſt, præcipuè pectori, quod ſua natura frigidum eſt: & hæc facit in eo qui eam biberit, tuſſes, ſanguinem & deſtillationem. Sed quomodo ſanguinem mouet frigida, quũ multò magis conſtringere debeat? Nimirum quia tuſſis nimia uenam rumpit. Item nimium frigus ex compreſſione deſtillationem generat, quæ ex frigore ferè ſolet oriri. Tumores articulorum & dolores ſine ulcere, & podagrici dodores, & conuulſiones, ſi frigidam largè ſuperfuderis, curãtur: cuius rei ratio iam ſuprà dicta eſt. Si enim affectiones ſint è frigido humore, aduenie ns feruor euaporationem caloris facit, frigida uerò conſtringit & cohibet calorem, calor craſſitudinem ſoluit & extenuat. Item frigida ſuperfuſa torporẽ quendã facit, torpor dolorem mitigat.

APHORIS. XXVI.

AQua quæ citò caleſcit, & citò frigeſcit, leuiſſima eſt: quam oportet bibere eos qui noctu admodum ſitiũt: & ſi ſuperdormierint, bono eſt.

Nunc Hippocrates de uirtutibus aquarũ agit. Sunt autem multæ aquarum differentiæ: quędam enim ſunt marinæ, quædam ſulphureæ, aliæ nitroſæ, aliæ albæ. Sunt item puteales. Aliæ præterea ſunt aquarũ differentiæ: aliæ eñ ſunt lucidæ, aliæ

turbulentæ: aliæ itẽ leues, aliæ graues. Sic nunc dicit Hippocrates: Si alicui ſitienti uolueris dare aquam, coques duas aquas, & quæ celerius calefacta fuerit, celerius item frigefacta, ea detur, quia leuior eſt: & quando dabis nocte, ſi ſuperdormierit is qui bibit, optimum eſt: quia calor ad uitalia confugit, & nihil aquæ frigus lædit.

LIBER SEXTVS

APHORISMVS PRIMVS.

MEnſes ducuntur ſuffitu aromatum: quæ ſæpe ad alios uſus reciperentur, niſi caput tentarent.

Abſoluta atque digeſta particula quinta, neceſſarium eſt ad ſextam tranſire. In quinta particula docuit nos Hippocrates differẽtias urinarum & ueratri, item qualitates calidæ & frigidæ. Nunc migrans ad ſextam particulam, de muliebribus affectibus uult tractare. Sunt tamen nonnulli, qui dixerunt Hippocratis non eſſe hũc ſextum librum, ſed adiectũ ab alio quopiam, propterea quod in hoc libro dicatur, ex mulſo cognoſci utrum mulier grauida ſit an non. Sed quare hoc dixerit Hippocrates, ratio infrà reddetur. Qui autem hoc dicunt, conuincuntur per Galenum, qui dixit librum hunc ſeptem habere particulas,

culas, neque plures, neque pauciores. Item hæc de mulierum affectibus particula, Hippocratis eſt: quia conueniebat eum etiam de mulieribus aliquid tradere, dè quibus nullus tam aptè tractaſſet quàm Hippocrates hic tractauit. Manifeſtum eſt ergo hunc ſextum libr̃ Hippocratis eſſe. Sed uideamus cur dicat menſes ſuffitu aromatum duci, dicamúſq; quid ſint mẽſtrua. Nihil ſanè quàm conſueta mulierum purgatio, quæ inuenit prouida natura, quia mulieres nimia putredine abundant: menſtrua autem abundantis materiæ ſunt purgatio. Sunt autem quædam uenæ quæ ab hepate ad matricem deſcendũt, deferentes menſtrualem ſanguinem, quæ aliquando ex craſſa uiſcoſáque materia, aut ex tumore occludũtur, & menſtrua retinentur. Sed quæ ſint iſta aromata, aut quomodo iubeat fieri, nunc doceamus. Aromata ſunt, ſpica Indica, cardamomum, calamus aromaticus, ſtyrax: ex quibus iubet fieri trochiſcos, et mitti in uas fictile, in quo ſint carbones, cuius orificium uuluæ orificio apponatur, ne uapor foras exeat, ſed intus permaneat. Aromata enim calida ſunt, & cõſtipata relaxant, craſſa extenuant: & conſtricta aperiunt, ac menſtrua prouocant: & ideo utilia ſunt omnia aromata, ſed capitis graue dinem faciunt, quia calor ſemper ſuperiora petit.

APHORIS. II.

MVlier prægnans ſanguine miſſo ex uena, abortum facit: & magis, ſi fœtus auctior eſt.

Hoc docet, dum in utero habet mulier, ex ſanguine mẽſtruali nutritur in utero infans, & ſi ſub tractũ fuerit id ex quo nutritur, hoc eſt, ſanguis, quomodo nõ abortum facit mulier? Maximè uerò ſi fœtus auctior fuerit, qui magis indiget nutrimento.

APHORIS. III.

MVlieri grauidæ capi ab aliq̃ morbo acuto, letale eſt.

Mulier multis modis prõpter acutam ægritudinem abortit. Primùm, quia nutrimẽtum infanti non miniſtratur. Deinde, quia ſæpius exagitatur mulier. Tertiò, quia duas res ſimul ferre non poteſt, infantem uidelicet, & acutam ægritudinẽ. Nam utrunque debilitat.

APHORIS. IIII.

MVlieri ſanguinẽ euomenti, ſi mẽſtrua erumpunt, ſolutio accidit.

Si cui mulieri ſanguis è ſuperiore parte manauerit, id eſt, per uomitum, & menſtrua ſubſecuta fuerint, deriuatio fit à loco ſuperiore ad inferiorem, per menſtruorum fluxum.

APHORIS. V.

MVlieri menſtruis deficientibus, ſi ſanguis è naribus fluxit, bono eſt.

Mulieres ſingulis menſibus menſtrualem habẽt purgationẽ. Si aũt nõ euenerint menſtrua, & ſanguis è naribus manauerit, bono eſt: quia quãuis ſecundũ naturam per menſtrua uidelicet non euacuetur ſanguis, euacuatur tamen per nares.

APHORIS. VI.

MVlieri prægnãti ſi aluus nimium fluxit, periculum faciendi abortum imminet.

Multis modis abortit mulier prægnans ſi cucurrerit plurimum. Primùm, quia matrix & inteſtina ſitu ſuo uicina ſunt, & ſibi inuicem compatiuntur. Deinde, quia debilitas cõcutit fœtum. Tertiò ex ipſo loco, quia leuatio concuſſionem facit.

APHORIS. VII.

MVlieri quam uitia uteri infeſtant, aut quæ difficulter parit, ſi ſternutamentum ſuperuenit, bono eſt.

Videamus quot ſint uitia uteri, & de quibus Hippocrates hic loquatur. Multa nanq; ſunt uteri uitia, aut è fluxu ſanguinis, aut ex tumore, aut ex ſpiritu flatulento. Nunc Hippocrates de illo loquitur uitio quo uterus ex ſpiritu flatulẽto dolet,

& ad ſtomachum trahitur. Tunc ergo ſi aut per artem, aut per ſe ſternutatio accidat, reſoluit dolorem, duabus de cauſis. Primùm, quia motus calorem excitat, calor relaxat. Deinde, quia exagitatio repreſſionem facit. Quare autem ad facilitatem partus bona eſt ſternutatio? Exemplo hoc diſcas & ſimilitudine. Sit arbor poma ferens, ſi illius ſummas partes concuſſeris, decident poma. Sic etiam & uterus, cuius nerui originem habent à cerebro, neruoſus eſt, unde etiam infantem continet, ſi autem concutiatur, emittit id quod continet, id eſt, infantem.

APHORIS. VIII.

SI mulieri menſes decolores, nec ſemper eodem tempore proueniũt, purgatione opus eſſe ſignificatur.

Conſideremus quid ſint menſtrua, aut quare per ſingulos menſes hæc purgatio fiat, aut quando ſecundum naturam. Menſtrua ſunt purgatio totius corporis muliebris. Prouida enim natura hæc inuênit, quia mulier ſuperfluis humoribus plena eſt, & niſi menſtrua fluerent, mulieres ſanæ non eſſent. Vnde dicitur: Mulieres unde gaudẽt, inde triſtantur: & unde triſtantur, inde gaudent. Itaq; per ſingulos menſes triſtantur, quod eſt utile earum naturæ: & inde etiam gaudent, quia pulchræ fiunt. Triſtantur etiam ſi menſtrua non fluant,

ant, hoc eſt, ſi nulla eis fuerit humiditas. Quemadmodum tinctor acceptos rudes pannos, frigida aqua candidos facit, & qui antè arentes horrebant, bene loti nitẽt. Aliquæ mulieres ſingulis trigintà diebus purgantur, & durat earum purgatio dies ſeptem. Aliæ uerò ſingulis uiginti diebus, quarum purgatio quatuor diebus durat. Non autem eodem modo omnes, quædam enim, ut dictũ eſt, citius, quædam uerò tardius. Sed ad quotum uſque ætatis annum purgantur? Aliæ uſque ad annum quadrageſimumquintum, aliæ uſque ad quinquageſimum. Sed redeamus ad inſtitutũ negotiũ, & inquiramus unde cognoſcatur menſes eſſe decolores. Faciam ſupponi linteolum nouum, in quo ſuſcipiat ſanguis mẽſtrualis: & pòſt diluens aqua ſiccabo, & uidebo utrum ex bile ſit tinctum, aut melancholia, aut phlegmate: & ex quo uidero infici menſtrua, congruentẽ dabo humorẽ, & purgabo ſecundũ rationẽ. Si uerò non adhibuero purgans medicamentum, quoties nõ fluxerint menſes cõſuetis diebus, uenã incidam.

APHORIS. IX.

SI mulieri utero graui mammæ ſubitò extenuantur & areſcunt, abortus ſequitur.

Dum mulier in utero habet, uena quæ egreditur ab hepate & cõcaua uocatur, diuiditur in duas partes, una ad mamillas fert ſanguinem, quæ

propter loci poſitionem in lac mutatur, altera ad uterũ. Nam antea non nutritur lacte infans dum adhuc in utero eſt, ut dum natus fuerit, habeat unde ſuſtentetur. Et tale quid patitur in iſtis natura, quale paterfamilias dum uult egredi ciuitatem, prius ſibi cibum tranſmittit, ut dum egreſſus fuerit, habeat unde uiuat. Sic & natura partem ſanguinis tranſmittit ad mamillas, & partem ad uterum: & quòd mamillæ areſcunt ac extenuantur, ſignificat eſſe indigentiam nutrimẽti infantis, qui indigentiam nõ ferens, ſe uoluendo rumpit membranas, quibus in utero continetur, & ſibi ad natiuitatem uiam parat, ac foras exit.

APHORIS. X.

MVlieri grauidæ geminis, ſi altera mamma extenuetur, alterũ amittit: & ſi dextra mamma extenuata eſt, marem: ſi ſiniſtra, fœminam amittit.

Si altera mamilla extenuetur, hoc eſt, utraque, ſignificat, quòd geminos fert in utero: & quæ harum mamillarũ prima extenuata fuerit, ex ea parte amittitur infans mortuus: id eſt, ſi dextra, maſculum amittit mortuum, & fœminam parit: quia maſculus in dextra iacet parte, fœmina in ſiniſtra. Si uerò extenuetur ſiniſtra, fœminã amittet mortuam, & marem pariet.

APHORIS. XI.

SI mulier non prægnans, nõ puerpera, habet lac, mẽſtrua eius defecerũt.

Superius docuimus, uenam eam quæ ab hepate egreditur, in duas diuidi partes. Nunc uideamus quomodo ſanguis in mamillas ueniens, in lac cõuertitur. Sciendum, quòd immutatur ſanguis propter loci qualitatẽ uel poſitionẽ: ſicut & nunc in mamillis lac fit, quæ eodem modo ſe habent ut ſpongia: & quemadmodum ſpongiæ habent cauernas, ſic & mamillæ tenues habent uenas, quæ ſanguinẽ recipiũt: & quia candidæ ſunt & craſſæ, mutatur ſanguis in lac: uerùm quum ſine cõceptu lac fit in mamillis, ſignificatur, quòd propter aliquam operationẽ pars ſanguinis quæ ad uterum deferebatur, ad mamillas dirigitur.

APHORIS. XII.

QVibus mulieribus ſanguis in ubera colligitur, inſaniam indicat.

Hoc docet: Si alicui mulieri ſanguis in mamillis fuerit, & non ualuerit illud in lac immutare, qualitas ipſius aſcendit ad cerebrum, & infert inſaniam, hoc eſt, mentis alienationem.

APHORIS. XIII.

SI noſſe libuerit an mulier grauida ſit, mulſum ei bibẽdum dato, quum

itura cubitum eſt. Pòſt ſi uenter torque tur, grauida eſt: Sin minus, non eſt.

Multi, ut ſuprà diximus, per hũc aphoriſmum decepti, dixerũt non eſſe Hippocratis hãc ſextam particulam, ſed ab alio quopiam adiectam, propterea quòd Hippocrates cuiuſque naturam per interiora rimatus ſit, hic autem contra morẽ ſuũ, adfert extrinſecus petita medicamenta, quum per mulſum aliquid probandum indicat. Nos uerò hanc ſextam particulam Hippocratis eſſe aſſerimus, quia ab ipſius ſtilo non diſcrepat, & habet promptiſſimè diſtinctam aphoriſmorum ſeriem. Ergo inter ſeptem particulas hæc quoq; collocanda eſt. Sed reuertamur ad rem, & uideamus quare iubeat mulſum dare mulieri dormituræ &c. Sciendum itaque uterum & inteſtina uicina & finitima eſſe. Mulſum autem bilem excitat, bilis uerò ſpiritum flatulentum ſoluit: & quia, ut diximus, inteſtina, & collum uteri, aquæ ueſicæ finitima ſunt, ſi in utero habet mulier, mulſum premet meatus: ſpiritus uerò flatulentus egredi non poterit, qui faciet ut uenter torqueatur. Si uerò in utero non habuerit mulier, ſpiritus ille egredietur.

APHORIS XIIII.

MVlier ſi marem gerit, rubicunda eſt: ſi fœminam, pallet.

Bene rubicunda eſt quæ marem utero fert, quia

quia magis calidus eſt mas, quàm fœmina.

APHORIS. XV.

SI mulieris prægnantis uterum ignis ſacer infeſtat, letale eſt.

Ignis ſacer acuti morbi ſpecies eſt, qui ſi mulieri in utero habenti acciderit, mortem infert: quia duas res natura ferre non poteſt, morbũ uidelicet acutum, & infantem.

APHORIS. XVI.

QVæ præter naturã tenues uterum gerunt, abortũ faciunt, priuſquam fœtus augeſcat.

Mulieres præter naturã tenues uterum habent marcidũ & flaccidum, adeò, ut uteri latera alteribus penè coniungãtur. Vnde fit, ut fœtus ubi iam auctior redditur, ab utero anguſto quodammodo quaſi exprimatur, & ſic abortire uidentur.

APHORIS. XVII.

QVæ præter naturam craſſæ concipere nequeũt, iſs uteri os ab omento comprimitur. Itaque impleri donec extenuentur, non poſſunt.

Hoc dicit in præſenti aphoriſmo, quòd quæ nimis craſſæ ſunt, non poſſunt concipere, præ nimia craſſitudine: quia obturatũ & omento com-

preſſum eſt ſecundum orificium uteri (duo enim ſunt orificia) & non pertingit ſemen ad locum cõ petentem, aut ſi fortè pertingat, præ nimia craſſitudine expellitur.

APHORIS XVIII.

MVlieres quæ mediocriter corpulentæ, abortum faciunt, ſecundo menſe aut tertio, ſine cauſa manifeſta, ijs acetabula uteri plena mucoris ſunt, ita, ne fœtum continere poſſint: ſed prę ſuo pondere prærumpat, elabatúrque partus neceſſe eſt.

Hoc docet in præſenti aphoriſmo Hippocrates: Si ſecundo uel tertio menſe mulier abortiat ſine cauſa manifeſta, hoc eſt, caſu qui ſolet euenire, acetabula uteri plena mucoris ſunt, ex craſſitudine & pondere humoris. Nã acetabula ex illa ſunt uena quæ ab hepate ad uterum deſcendit: illa em̃ in multas diuiditur, quę ad uterum perueniunt, & ſunt circa infantem intentæ. Vnde mulier dum parit, tribus modis patitur dolorẽ: uno, quia iſtæ uenæ rumpuntur: deinde, quia oſſa illa aperiuntur: tertio, quia cum ui deſcendit fœtus. Nam conceptus hoc modo fit. Conuenit ſemen uiri in uuluam mulieris, ex quo & mundiſſimo ſanguine menſtruo, per purgationem fit quidam globus in utero. Sed quid prius in utero formatur? Dicimus,

mus, quòd uenæ & arteriæ. Sed quomodo? Si uenæ ab hepate habent originem, & arteriæ à corde, dum non est principium, quomodo id erit quod à principio procedit? Respondemus, primùm hoc curare naturam, ut possit ministrare nutrimentum per totum corpus: prius ergo fit per quod ministratur alimentum, quàm id cui ministratur. Pone, exempli causa, esse patrem familiâs qui habet hortum in loco arido, qui cogitat & perpendit secum locum esse aridum, & quòd in eo adueniente æstate non poterit nasci holus: quid ergo facit? pone esse foueam ante hortum unde aquam diducet per fistulas, sed prius aquam colligit fouea in unum, qua collecta dirigit eam per fistulas ad hortum. Sic & natura prius format uenas & arterias, pòst hepar & cor, ut dum hæc facta fuerint, habeat per quod ministret nutrimentum toti corpori. Rectè ergo posuit Hippocrates tres mulierum differentias, quum dicit præter naturam tenues concipere quidem, sed abortire: præter naturam crassas nullo modo concipere, & per hoc non abortire: mediocriter autẽ corpulentas concipere, & non abortire, nisi aceta bula uteri plena mucoris fiant.

APHORIS. XIX.

SI uterus in coxa positus suppuratur, linimentum recipiat necesse est.

Fœtus qui mares sũt, parte uteri dextra cõtinentur: qui fœminæ, magis siniſtra.

Vterus in coxa poſitus, ſi aut intus, aut foris ſuppuretur, ne fœtus, ſi fortè habuerit, moueat, thimiama ei adhibebis, cum lentiſco, aut aliquo ſimili. Multis autem de cauſis mares in dextra parte iacent: Primùm, quia uirtus ibi maior eſt: deinde, quia calor fortior. Sed quæras, quomodo calor in dextra eſt, quum cor in ſiniſtra iaceat? Reſpondemus, licet in ſiniſtra iaceat cor, calorem tamen tam dextræ, quàm ſiniſtræ miniſtrat. Dextra enim dupliciter calida eſt, primo, ab hepate: deinde, à corde. Ideo maſculi in dextra, fœminæ autẽ in ſiniſtra iacent.

APHORIS. XX.

SI ſecunda procidit, ſternutatorio apposito nares & os apprehendimus.

Nunc procidentiam, præfocationẽ appellans, præcipit, ut quoties ſecunda prociderit, ſternutamenta naribus injicias, & claudas os & nares, ut qualitas ipſa cerebrum attingens, celeriter poſſit extenſionem reprimere.

APHORIS. XXI.

MVlieri in utero habẽti, tenaſmus innatus, abortire facit.

Tenaſmus innatus dicitur laxitudo inteſtini: alij

alij uocãt conatum: fit uerò ex acido humore. Nemo autem ignorat inteſtinum & uterum uicina eſſe: & propter inteſtinorum hanc eleuationem, ſæpe abortit mulier habens in utero, patiendo hanc affectionem.

APHORIS. XXII.

SI menſtrua ſiſtere placeat, cucurbitulam grãdem appones ad mãmas.

Aliud eſt reuulſio, aliud deriuatio. Reuulſio eſt quoties è dextra ad ſiniſtram trahitur ſanguis. Deriuatio, quoties ex ſuperioribus ad inferiora, aut contrà. Nunc quoque deriuationem fieri iubet: & quoties fuerit fluxus menſtruorum ultra modum, ad mammas præcipit poni cucurbitas, id eſt, uentoſas, ut poſſit ſanguis ex inferioribus ad ſuperiora trahi. Nam ſcimus mamillas cũ utero habere quandam communionem.

APHORIS. XXIII.

QVæ uterum gerũt, iſs uulua ſe cõprimit, & orificium clauditur.

Notum eſt quomodo ſita ſit matrix: duo enim habet orificia, unum interius, alterum exterius, in quod ingreditur uiri ueretrum: nam in illud interius non ingreditur, ſed matrix trahit ad ſe ſemen, quemadmodum uentoſa: matrix autẽ poſt tam firmiter clauditur, ut dum in utero habet mu

lier, non concumbat cum ipſa uir: orificium ergo uuluæ tribus de cauſis clauditur. Primò, ut non ingrediatur uentus, & corrumpat infantem. Secundò, ut non deſcendat fœtus, ante tempus. Tertiò, ut ſanguis menſtrualis in loco detineatur, ut dum enixa fuerit, habeat natura pondus quo deponat infantem. Nam ſi decurrant menſtrua, nõ habet unde nutriatur infans, & diſcuſſus moritur. Tres enim ſunt membranæ, quibus detinetur in utero infans libratim per umbilicum pendens. Prima ſubter infantem ἀμφιβιβλημένον, ſecunda ἐπιφυκὸς, tertia ὑποχώριον dicitur.

APHORIS XXIIII.

MVlieri grauidæ ſi lac effluit è mãmis, fœtũ imbecillum eſſe ſignificat: at ſi mammæ ſint firmę ac ſolidæ, fœtum eſſe ualidiorem ſignificatur.

Bene dicit imbecillum fœtum. Nam propter nimiam lactis emiſſionem debilitatur, quia dũ effluxerit ſanguis, non habet unde nutriatur. Si autem firmæ ac ſolidæ fuerint mãmæ, ſignificatur, quòd ad matricem ſecundũ naturam defertur ſanguis, unde nutritur fœtus, & mamillæ ſunt ſecundum naturam duræ.

APHORIS. XXV.

QVæ abortum facturæ ſunt, ijs mãmæ extenuantur.

Si

Si mulieris ubera attenuentur, significatur abortum fore: quia indigentia sanguinis in illis est, ex sanguine autem nutritur fœtus in utero, quo deficiente, fœtus per abortum ejicitur.

APHORIS. XXVI.

SI mammæ denuo durescant, dolor in mãmis fatigabit, aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus: itaq; non facit abortum.

Hoc dicit: si mammæ extenuatæ denuo durescant, ubera dolent propter cõmunionem uenarum: oculi uerò, propter affinitatẽ neruorũ: & nõ abortit mulier, quia quanto duriores fuerint mãmæ, tanto arctius os matricis, de quo ante diximus, clauditur, & fœtũ cõtinet usq; ad tempus.

APHORIS. XXVII.

QVibus os uteri durum est, ijs compressum id esse necesse est.

Hoc est quod supra diximus: Quia quanto durius est uteri os, tanto magis concluditur, & similiter prodest.

APHORIS. XXVIII.

QVæ uterum gerentes, à febribus capiuntur, ualdéque extenuantur sine causa manifesta, hæ difficulter pari-

unt,& cum periculo: aut abortum facientes periclitantur.

Mulieres in utero habẽtes, ſi à febre acuta corripiuntur, aut periculoſè pariunt, aut abortiunt. Vno enim patiẽte, alius ſimul patitur. Totum em̃ corpus patitur propter febrẽ: patietur & matrix quæ ex ſe cauſam nõ habuit, patiente autem matrice, cum periculo aut pariunt, aut abortiunt.

APHORIS. XXIX.

SI profluuio muliebri conuulſio aut animę defectio ſuperuenit, malè eſt.

Hoc dicit: Si fuerit ſanguis menſtrualis ſecundum naturam, totius corporis purgatio eſt: ſi uerò præter naturam fuerit, conuulſionem facit, aut animæ defectionem. Conuulſio enim hoc loco ex inanitione fit.

APHORIS. XXX.

SI menſtrua immodicè fiunt, morbi accidunt: & ſi non fiunt, morbi matricarij accidunt.

Alio atque alio modo dicit ex menſtruis fieri ægritudines, ſi immodicè fluxerint, & ſi non fluxerint. Nam ſi immodicè fiant, erunt ægritudines: quia multum debilitatur corpus. Si autẽ non fluxerint, ex matrice ſignificat fore ægritudinem, cuius uenæ clauſæ ſunt, aut ex craſſa materia, aut

ex

ex tumore acetabulorum, quæ faciunt redundare ſanguinem menſtrualem per totum corpus, ex quo gignuntur ægritudines.

APHORIS. XXXI.

VTeri aut recti inteſtini inflammatione, urinæ ſtillicidium accidit.

Sciendum, collum matricis, & collum ueſicæ, & rectum inteſtinum ſibi inuicem uicina eſſe. Inflãmata ergo matrice, uel recto inteſtino collum ueſicæ anguſtum redditur, & urina more conſueto non egreditur. Quid uerò aliud eſt urinæ ſtillicidium, quàm anguſtia ueſicę, ex qua fit ut homo guttatim mingat?

APHORIS. XXXII.

REnibus purulentis urinæ ſtillicidium accidit.

Hic ex proprietate & qualitate loci patientis, accidit ſtillicidium urinæ.

APHORIS. XXXIII.

IEcoris inflammatione ſingultus ſequitur.

Singultum diximus duobus modis fieri, aut ex repletione, aut ex inanitione: nunc ex inanitione fit. Inflammato enim iecore, inflatio atque ſuperfluitas ad ſuperiorem partem redundat.

APHORIS. XXXIIII.

EIs quæ corruptæ ſunt, mamillæ ſiccæ fiunt.

Commentarium hic deſideratur. Et aphoriſmum hunc alij libri non habent.

APHORIS. XXXV.

SI mulier non concipit, & ſcire placet an concipere poſſit, ueſte obuolutam ſuffies infrà. Nam ſi odor trãſmitti per corpus ad os & nares uidebitur, non eſſe ſua culpa ſterilem cognoſces.

Antiquis temporibus nullus procedebat ad altare, niſi ex Leuitico genere aut regio. Cuius rei philoſophi & rationales medici hanc tradunt rationem, ut ſi mulier potuiſſet concipere & uir generare, coniugio iungerentur. Si uerò coniuncti matrimonio non poſſent liberos procreare, uolentes cognoſcere utrum uiri culpa eſſet an mulieris, faciebãt tres trochiſcos ex aromatibus, coperientes mulierem, fortiter conſtrictam in loco, & incendentes trochiſcos infrà ſuffiebant, ut odor per corpus tranſmitteretur ad nares. Et ſi confitebatur mulier q̃ in os aut nares peruenirent odor, duæ res ſignificabantur: una, quòd nõ haberet in utero: altera, quòd non ſua culpa, ſed uiri eſſet ſterilis. Nam ſi matricis culpa fuiſſet, aut præfocatæ

à tumo

à tumore, aut ab humore oppreſſæ, odor ſuperio res partes pertingere non potuiſſet. Et tunc uiro adhibenda eſt cura, non mulieri.

APHORIS. XXXVI.

SI mulieri grauidæ menſtruæ purgationes erumpunt, fieri non poteſt ut fœtus bene ualeat.

Si mulieri dum in utero habet, menſtruæ purgationes erumpunt, ſignificatur fœtum debilem, atque languidum eſſe. Nam ſanguis menſtruus fœtus eſt alimentum.

APHORIS. XXXVII.

SI mulieri menſtruæ purgationes nõ prodeunt, nec horror, aut febris ſuperuenit, & faſtidia accidunt, grauidam eſſe arbitrare.

Vult oſtẽdere Hippocrates, quibus ſignis poſſimus cognoſcere mulierem eſſe grauidã, dicitq; Si ſine horrore & febre fuerit mulier, & menſtrua non prodierint, grauida eſt. Febris enim ex concepti ſedatur. Faſtidia uerò nunc uocat appetitum malum. Nã aliquæ mulieres, in initio conceptus, appetitũ malignum habent: adeò, ut etiã terram comedant. Sed unde hoc fit? Nimirum, quia in initio recentis ipſius ſanguinis qualitas repreſſa

inficitur,& fit acida, ac titillat,& appetitum excitat: pòst uerò ubi creuerit fœtus,ad nutrimentum deſcendit,unde & faſtidiũ patiũtur grauidæ.

APHORIS. XXXVIII.

MVlieres quæ prẹhumidos habẽt uteros,concipere nequeunt: quę etiam frigidos ſpiſſoſq; habent,nõ concipiunt,fœtus enim extinguit̃.Nec non ſicci & admodum calidi concipere non poſſunt,genitale enim ſemen corrumpitur ob inopiam alimenti:quæ autem ex utriſque modicè temperatos obtinent uteros,hæ ualent fœcunditate.

In præſenti aphoriſmo triplicem mulierũ differentiam cupiens declarare Hippocrates,dicit: Mulieres præhumidos & frigidos ſpiſſóſque habentes uteros,non concipiunt, donec extenuentur: quia ex nimia craſſitudine non retinetur ſemen, ſed expellitur. Item quæ ſiccos & calidos habuerint uteros,non concipiunt: quia humidũ ſemen acceptum,à ſiccitate uteri conſumitur. Hæ uerò quæ ſecundum mediocritatem uel ęqualitatẽ temperatos habuerint uteros,illæ concipiunt: quia nihil eſt quod conceptui repugnet.

Aphor

APHORIS. XXXIX.

QVæcunque in pubertate incumbere meditantur, barbeſcũt: & quæcunque in pubertate ſuccumbere meditantur, non barbeſcunt.

Nouit naturæ ſagaciſſimus inſpector Hippocrates, quòd mulier quum pubeſcit, ſi fœmineo non moueat appetitu, ſed magis maſculino, hoc eſt, ſi non cupiat ſuccumbere ut mulier, ſed magis incumbere ut uir, ſine dubio inde barbeſcit. Maſculus autem quum pubeſcit, ſi maſculino nõ moueatur appetitu, ſed magis fœmineo, hoc eſt, ſi nõ cupiat incumbere, ut uir, ſed magis ſuccumbere, ut mulier, ſine dubio inde non barbeſcit.

APHORIS. XL.

MVlier ambidextra non fit.

Multi authores hic multa ſenſerunt. Galenus dicit Amazones dextram mamillam incidere aut exurere ſolitas, ut plurimo alimento ad manum uicinã ueniẽte, maior ei ineſſet uirtus, quę alioquĩ debilis erat. Ambidextra ergo nõ inuenitur mulier, hoc eſt, tantum ualens ſiniſtra manu, quãtum dextra. Quod tamen aliquando uiris contingit, qui calidi ſunt, mulieres autem frigidæ ſunt.

APHORIS. XLI.

PAri modo uel maribus euenit: aut enim ob corporis laxitatem diffla-tur euaneſcitq; ſpiritus, ne ſemen genitale tranſmitti poſſit, aut ob ſpiſſitudinem humor foras non decedit, aut ob frigiditatem foueri non patitur, ut ad eum collig atur locum: aut ob nimium calorem hoc idem accidit.

Abſoluto ſermone de mulieribus, neceſſe fuit ad uiros migrare. Sed quia de triplici mulierum qualitate latius explicatum eſt, nunc quoq; de uiri li ſemine uideamus, & quid hic locus cõtineat diſcutiamus. Dicit enim in uiris ſimiliter euenire, ut in mulieribus, ut aut ex nimia quãtitate ac ſpiſſitudine, aut nimia corporis laxitate, ſemine uuluæ iniecto, non concipiat mulier: qui uerò mediocriter temperato ſunt corpore, hi poſſunt generare. Duæ autem ſuperiores uirorum ſpecies non generant: aut propter corporis laxitatem, quia tenue ſemen foras euaporatur ac euaneſcit, & non miſcetur ſemini muliebri: aut propter ſpiſſitudinem humoris, quia non quantum oportet foras decedit: aut propter frigus, quod ex nimia tenuitate efficit, ut ſemen non eiiciatur & congregetur in profundo matricis: aut propter ſpiſſitudinem humoris & uaporis, qui efficit ſemen aquoſum

ſum & nimis tenue, & nõ concipit ex eo mulier.

APHORIS. XLII.

VIri ſemen aquæ iniectum ſi ſupernatat, aquoſum et nimis tenue eſt, nec concipit ex eo mulier.

Antiquis temporibus, ut ſuprà diximus, certiſſimo indicio oſtendebant medici, utrum uiri culpa an mulieris eſſet ſterilitas in cõiugio. Sed quia de mulieribus illic dictum eſt, dicendum hic eſt de uiris. Conſiderabit ergo medicus, utrum antè ſuſceperit filios, an non. Et ſi antè ſuſceperit, aut ex uxore, aut concubina, erit culpa mulieris, ſi uerò antè non ſuſceperit, mittatur ſemen ipſius in aquã, & ſi ſupernatauerit, aquoſum & tenue eſt, nec aptum conceptui. Non enim concipit ex ſemine mulier, niſi fuerit mediocriter ſpiſſum, & craſſum, ut ſuperius de mulieribus dictũ eſt. Sed hoc quod ſpiſſum non eſt, craſſum & ſpiſſum reddetur, donec ad mediocritatem redigatur.

APHORIS. XLIII.

LAc febricitãti dari, aut caput dolenti, malum eſt: & quibus præcordia ſuſpenſa murmurant, & ijs qui ſitibundi ſunt: nocet etiã quibus per febres acutas bilioſę deiectiones prodeũt, & qui-

bus ſanguinis multi facta deiectio eſt.

Videamus quot qualitates in ſe contineat lac, & utrum de omni lacte loquatur Hippocrates. Sciendum, quòd lac in ſe tres habet qualitates: eſt enim calidum, humidum & frigidum. Sed quomodo poteſt fieri, ut duo cõtraria in uno eodẽ que corpore reperiantur? Dicimus, id fieri potentia, non actu. Diuerſis enim temporibus diuerſæ qualitates mutantur. Nam butyrum calidum eſt: unde in conſtipatione thoracis, quammaximè pleuriticis ad maturandum atq; purgandũ rheumatiſmum offerimus. Caſeus frigidus eſt, ſerum humidum: ergo in diuerſis ſunt hæ qualitates, nõ in eodem. Et lac dum mulgetur calidum eſt, dum autem conſtiterit, frigidum efficitur, & grumos facit: unde etiam aceſcit in ſtomacho bibentium. Hoc ergo dicit Hippocrates: Lac quod multum habet butyri, malum eſt his de quibus ſuprà diximus, quia facit grumos. Vnde multi bibentes lac, aut caſeum comedentes, non ſine ratione aquam bibunt. Hinc etiam tabidis non damus caprinum aut qualecunq; lac, quod multum habet ſeri aut butyri, ſed aſininum: quia ipſum melancholicum eſt, & quantò magis ſplen trahit nutrimentum, tanto minus ſtomachum lædit. Nunc uideamus quibus lac malum ſit. Caput dolentibus ſine dubio addit dolorem, dum recens fuerit in ſtomacho: quia uapor ad cerebrum perueniens extendit neruos. Febricitantibus uerò contrarium eſt:

quia

quia quamuis qualitatem temperare debuerat, tamen calor calorem auget. Item iis quibus præcordia ſuſpenſa murmurant, malum eſt: quia uapor ubi detentus fuerit, tumorem facit. Sitibundis etiam magis excitat ſitim. Item iis malum eſt, quibus per febres acutas biliosæ deiectiones prodeunt, quia maior fit relaxatio. In ſanguinis multi deiectione malum eſt, multis modis: primùm, quia debilitatur natura, & non ualet concoquere: deinde, quia uires reprimit, & ubi deſederit, magis aggrauat.

APHORIS. XLIIII.

Lac tabidis competit niſi admodum febriant: dandum etiã in febribus longis tuſſibundis, ſi nec ullum ex prædictis urget, & præter rationẽ æger abſumitur.

Volens Hippocrates per omnia doctum eſſe medicum, docet quibus congruum ſit lac, quibus non, & quod antè uituperauit, nunc laudat. Tabidis, inquit, niſi admodum febriant, lac datur: ut ea quæ extenuata ſunt, per lactis copiam reparentur. Item docet, ut medicus in aliquam regionem ueniens, ſi repererit in aliquibus longam febrem, quia iam tabefacti ſunt præter rationem, lac offerat: ſed coquatur prius lac cũ lente & farre, ut qualitas lactis cum qualitate ægroti operando non lædat, ſed potius reparatio fiat.

APHORIS. XLV.

QVibus tumores in ulceribus apparent, ij non maximè conuelluntur neque inſaniunt: ſed deletis tumoribus, alijs derepente conuulſiones à tergo, & diſtentiones accidunt: alijs antè inſania, aut lateris dolor acutus.

Hoc dicit: Quibus tumores in ſaniem uertuntur, ij neq; conuelluntur, neq; inſaniunt: quia materies quę ſurſum pergebat, & inſaniam faciebat, per abſceſſum egerit, et cõuulſio non poteſt fieri, quia repletio tumoris euacuatur: talis em̃ inanitio nõ eſt præter naturã. Si uerò ſubitò euaneſcat tumor, à tergo accidet conuulſio & diſtentio, hoc eſt, in toto corpore extẽſio. Si uerò antè euaneſcat tumor, inſaniam facit, & laterũ dolorẽ ac ſaniem.

APHORIS. XLVI.

SI rubicũdi fuerint tumores, aut uomica accidet, aut difficultas inteſtinorum: immaturi, mali: molles, boni.

Si rubicundi fuerint tumores, celeriter aut euaporantur, aut in ſaniem uertuntur.

APHORIS. XLVII.

SI in uulneribꝰ ualidis & prauis mores non apparet, magna eſt noxa.

Hoc

Hoc dicit, ſi tumor fuerit ſolidus, hoc eſt ſine ſanie, malũ eſt: quia nec euaporari poteſt, nec in ſaniem uerti.

APHORIS. XLVIII.

DOlenti partẽ capitis poſteriorem, frontis uenam ſubreptam ſecuiſſe prodeſt.

Sciendum triplici materia cerebrum contextum eſſe, neruis uidelicet, uenis, & arterijs. & uenarum quidem aliæ ſunt principales, aliæ nõ principales, aliæ minores: quarum ſi una uadit ſurſum, tum altera deorſum perget: quẽadmodum exempli gratia, ruſticus uitem colens, ſi unã propaginem duxerit ad dextram, aliam ad ſiniſtram ducet. ſic & natura uenas conſtituit, ut ſi una clauſa datur, altera miniſtret loco nutrimentum, ut non patiaſ, ſed poſſit nutriri. Hæ uenæ ab hepate emergentes, & cerebrum uallantes diuerſo modo dolorem inferunt non ſolum occipitio, ſed & toti capiti. Ab hepate enim per uenas humores ſuperiora petentes, neruos proximos uexant, et partes capitis lædunt. Vnde ſi per membranulas læſio ueniens anteriores capitis partes offendit, ſinciput dolet: ſi uerò poſteriores partes, occipitium. Vnde Hippocrates ſciens aliquado inde occipitium dolere, curationem docet: Si, inquiens, uena quæ in fronte eſt incidatur, dolorem, qui in poſteriore eſt capitis parte, ſedat. Sed cur nõ tollitur ſanguis

è loco patiente potius, quàm è fronte? Nimirum tribus de cauſis: Primùm, quia per reuulſionem, quam antiſpaſin græci uocant, detractio ſanguinis facta, celerius euaporat: Deinde, quia poſteriore capitis parte nõ ſic apparet uena, ut in fronte: Tertiò, quia poſteriore parte uenæ, nerui, & arteriæ in ceruice ſunt. Sed quare fluẽte rheumatiſmo in oculos, per cucurbitulam pòſt ſanguinem tollimus? Nimirum quia cucurbitula leuat carnẽ atq; cutem, & arteriæ, ac nerui intus manent.

APHORIS. XLIX.

RIgores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorſum ad caput. Sed & uiris parte corporis poſteriore magis, quàm anteriore, ueluti femorum, cubiti. Sed & cutis rara: indicio autem eſt pilus.

In præſenti aphoriſmo oſtendit Hippocrates. ex quibus rebus, & quibus in locis tam in mulieribus, quàm uiris rigores oriuntur, & dicit: Mulieribus ex lumbis et per dorſum ad caput oriri rigores: & quantò mulieres frigidiores ſunt uiris, tantò eis citius oriuntur rigores. Viris uerò utpote calidioribus, parte corporis poſteriore, id eſt, à cubito et femore, quæ frigidam habent naturã. Huius rei ſignum eſt cutis raritas: & raræ cutis indicium eſt pilorum multitudo. Nam quantò denſior eſt cutis,

eſt cutis, ut in palma, tantò minus naſcuntur pili.

APHORIS. L.

QVi à quartanis capiunt̃, nõ admodum cõuulſionibus capiuntur. Et ſi antea capiebantur, quartana ſuperueniente liberantur.

Commentarium hic deſideratur.

APHORIS. LI.

QVorum cutis obtenditur ſqualida & ſicca, ij̃ ſine ſudore moriuntur. Contrà, quorum cutis laxa ſolutaq; eſt, ij̃ obeunt cum ſudore.

Nunc de cõuulſione & diſtẽtione loquit̃, & dicit: Qui ſiccus fuerit, et durã habuerit cutẽ, pr̃e nimia ſiccitate ſine ſudore morit̃. Qui uerò laxam habuerit cutem, & non fuerit ſiccus, cum ſudore moritur.

APHORIS. LII.

QVi regio morbo laborant, ij̃ non admodum inflantur.

Regius enim morbus ex bilioſo fit humore, ut ſuprà dictum eſt: dum autem ille humor expulſus fuerit, inflationes non facit in corpore.

LIBER SEPTIMVS.

APHORISMVS PRIMVS.

IN longis læuitatibus inteſtinorum, ructus acidus ſuperueniens, qui non extitit prius, ſignum eſt bonum.

Abſoluta ſexta particula, in qua muliebres affectiones, & lactis qualitatem oſtendit, tranſit ad ſeptimam. In longis, inquiens, læuitatibus inteſtinorũ ructus acidus ſuperueniẽs &c. Videamus quid ſit læuitas inteſtinorũ, & quibus de cauſis fiat: deinde, quare acidus ructus ſuperueniens, ſignum bonum eſt. Læuitas inteſtinorum eſt ſine ulla alteratione cibi deiectio, ubi mox ut aſſumptus fuerit cibus, ſine ulla immutatione excernitur. Fit autem quoties longa ægritudo uirtutes naturales alteratricem & retentiuam debilitat. Nam ſi alteratrix facultas debilis fuerit, non poteſt aſſumptum cibum alterare, nec retentiua uirtus eundem retinere. Item aliquando fit craſſus atque glutinoſus ex humoribus cibus. Quod autem glutinoſum eſt, uirtus alteratrix cõcoquere non ualet, nec retẽtiua retinere. Acidus ructus ſi ab initio fuerit, malum ſignum eſt: ſi autẽ pòſt euenerit, bonum. Duobus modis: Vno, quia materiam quæ intrò decurrebat, diſſoluit uirtus, &

ad

ad exteriora pars aliqua deriuatur, & fit deriuatio de loco ad locum: Altero, quia significat frigidam et uiscosam materiam, iam à calore solutam, ut fiat acidus ructus.

APHORIS. II.

QVibus nares humidæ, & genitale semen liquidum, sanis malum est: ægrotis uerò, utile è contrario.

Mirum est, quòd dicit Hippocrates, sanis esse malum quod ægrotis sit utile. Sciẽdum ergo quædam in nobis esse agentia, quædam item patientia. Nam calor & frigus actiua sunt, siccum & humidum patientia sunt. Si ergo sanis sint nares humidæ, & semen genitale liquidum & aquosum, malum est: quia non est secundum naturam, sed ex contrario. Nam illud quidem ex abundantia pituitæ fit, hoc uerò ex infecto sanguine. Si autem ægrotans quis ex siccitate, humidas habuerit nares, & semẽ genitale liquidum, bonum est: quia siccitas est consumpta, & ad temperiem reuertitur natura, quia humor humectauit arentes nares. Sanguis uerò, unde semen genitale originem ducit, quòd antè uiscosum fuerat, calore suo iam reparauit.

APHORIS. III.

IN longis difficultatibus inteſtinorũ faſtidioſæ inediæ malæ ſunt: & peiores, ſi accidunt cum febre.

Difficultas inteſtinorũ præcipuè fit ex diſtemperantię inęqualitate. Et ob id dicit Hippocrates, quòd faſtidioſæ inediæ in hoc affectu malæ ſunt. Quia duobus modis æger læditur: Primùm, quia maior fit diſtemperantia ſi non reficiat cibo: Deinde, quia geminam debilitationem naturæ inferunt, unam cibi, alteram excretionis. Tribus etiam locis fit difficultas inteſtinorũ, hoc eſt, ſuprà, in medio, & inferiore loco. Suprà fit, quoties ipſa ulceratio ſanguinem miniſtrat: In medio, quando ſanguinolentum ſtercus deijcitur: Inferiore uerò loco, quãdo craſſum inteſtinum, quod longanon dicitur, mucoſa ſtrigmenta deponit. Et ideo ſi in febribus hæc contingant, peius eſt.

APHORIS. IIII.

DOlores aut pectoris, aut coſtæ, aut cuiuſuis membri, an multum infeſtent animaduertendum eſt.

Vult Hippocrates dare ſignum, atque cognoſcere medicum unde fiant dolores in pectore, aut latere, aut etiam in alijs membris: & dicit, hoc conſiderandum eſſe à medico, propter modum curationis adhibendæ. Nã poteſt fieri ut ſit quiſquam pleuriti

pleuriticus, & doleat illi pectus atque latera, propter diaphragma, quod uicinum & coniunctum est epizocoti membranæ: & hunc curabimus eadem ratione qua pleuriticum. Item fieri potest, ut sit tumor in concauitatibus pectoris, & doleat pectus, & nõ sit pleuriticus. Debet ergo semper medicus affectionem cognoscere, ut sic possit peculiare præsidium adhibere.

APHORIS. V.

VItia renum & uesicę senioribus difficulter sanantur.

Siue in uesica sit affectio, siue in renibus, difficulter curatur, duabus de causis: Primùm, quia prędia ex interiore parte admoueri nõ possunt: Deinde, quia illa quæ ab exteriore parte admouentur, iam penè consumpta sunt, quum ad locum ueniunt.

APHORIS. VI.

DOlores uẽtris si superiores sunt, leuius: si inferiores, grauius infestãt.

Superiores uentris dolores nascuntur, quum aut tantum superficies dolet: & hi celeriter siccantur & euaporantur: aut quum dolor suprà in stomacho est, ubi est calor fortior, qui dolorem facilè euaporare potest. Hi ergo dolores leuius infestant. Si autẽ fuerint infra umbilicum, grauiores erunt & diuturni: quia ex crassa fiunt materia, &

calor minor eſt, quàm ut poſſit eos facilè euaporare, aut ſoluere.

APHORIS. VII.

VLcera aquę inter cutẽ quæ in corpore fiunt, non facilè ſanantur.

Tribus modis non ſanantur ulcera in iis qui aqua inter cutem laborant: Primo, quia deeſt ſanguis, qui poſſit nutrire carnes. Nã ſanguis in aquã conuerſus eſt. Secundo, quia ipſa aqua ſalſa decurrẽs ad ulcera, magis exaſperat. Tertio, quia debilior eſt natura, quàm locus qui patitur.

APHORIS. VIII.

LAtæ puſtulæ, & quæ non admodũ pruriunt, difficulter curantur.

Nunc de areis dicit. Quid eſt area? ulceratio cutis, cum profluuio & eradicatione capillorũ. Sed quia non ſemper eſt ulceratio, ſed aliquando ſola eradicatio, uideamus quæ difficilius curatur. Illa quæ cum ulceratione eſt, curari facilè poteſt: quia in ſuperficie ſunt eradicati capilli, & non interiore parte. Hæc uerò quæ in ſuperficie ulcerationẽ non habet neque pruritum, à radicibus habet eradicatos capillos: unde difficilius curatur.

APHORIS. IX

DOlenti caput & circùm dolenti, pus, aut aqua, aut ſanguis effuſus

per nares

per nares aut os, ægritudinem tollit.

Capitis dolor multis modis accidit. Aliquando tumor eſt in mẽbranulis ſiue panniculis, quos meningas græci dicunt. Aliquãdo in ipſo pericranio, quod ſuperinſternitur cerebro. Aliquando ex inferiore parte aſcendit ſpiritus flatulentus per arterias & uenas, & dolorem excitat. Vnde ſe aperiunt ſuturæ capitis, & accedentes medici docti faciunt ligaturam, quæ cephalica nuncupatur. Reuertẽtibus uerò ſuturis in ſuum locum, ceſſat dolor. Conſideremus, quare dixerit, dolenti caput, & circùm dolenti. Dolenti caput, dolor in ipſo loco continetur: ſed circùm dolenti, dolor circumquaque fit ex ſpiritu flatulento per arterias. Ergo ſiue dolenti caput, ſiue circùm dolenti, pus, aut aqua, aut ſanguis per nares aut os emanans, ſoluit ægritudinem. Nares enim & palatũ cerebri ſunt maximæ digeſtiones. Vicina uerò ſunt ſibi inuicem nares & palatum: & quum manauerit pus, uel aqua, uel ſanguis, tunc ſiue ſit tumor, relaxatur: ſiue humor, deponitur: ſiue ſpiritus flatulentus, extenuatur.

APHORIS. X.

VItijs atræ bilis & renum, ſi mariſcę ſuperuenerint, bene erit.

Atra bilis affectio eſt cerebri, & ex melancholica fit materia. Mariſcæ autem ſunt uenæ meatus, & ex una multæ eędem uenientes ab hepa-

re per dorſum ad meatum deferunt melancholi-cũ ſanguinẽ. Et ſicut mulieres per ſingulos menſes purgantur cõſueta purgatione mẽſtruorum, ita & uiri qui iſta patiuntur. Quũ ergo fuerit atra bilis, & ſuperuenerint mariſcæ, diſſoluunt atram bilem, quia diminuitur materia. Nephrites uerò renum affectus tribus fiunt modis, aut tumore in renibus, aut tumore in ueſica, aut ſpiritu flatulento in utriſque. Inanitio contrà eſt. Et in ipſis renibus triplex eſt poſitio membrorum, aut enim uri naria uaſa dolent, aut ſeminalia, aut ipſi renes. Quibus omnibus modis ſuprà dicta inanitio ueniens, ſoluit eas affectiones.

APHORIS XI.

A Mariſcis diutinis ſanato, niſi una ſeruetur, periculum uel aquæ inter cutem, uel tabitudinis, uel inſaniæ imminet.

In præſenti aphoriſmo uult Hippocrates oſtendere, quòd ſi curatæ fuerint mariſcæ, malum ſit, niſi una fuerit ſeruata. Nam, ut ſuperius diximus, Mariſca uena eſt quæ ab hepate egrediens defert melancholicum ſanguinẽ, quæ ueniens ad anum in multas alias diuiditur. Galenus dicit, quòd indocti medici ponunt cucurbitulam ad meatum, & ipſa uenarum capita abſcindunt & ligant, dicentes fiſtulam eſſe. Nos autem ſic non faciemus, ſed

ſed ſi plus emanet quàm cõueniat, ſic ligabimus, ut una remaneat, & ſinemus ut natura habeat excretionem. Nam ſi hoc non fecerimus, euenient paſſiones, de quibus ſuprà dictũ eſt. Sed quomodo ſanguis retentus cauſa eſt aquæ inter cutem, quum aqua inter cutem nihil ſit aliud, quàm indigentia ſanguinis? Reſpondemus, quòd ſanguis dum retẽtus fuerit, ad principium ſuum, hoc eſt, ad hepar redundat. Et tale quidem patitur natura, quale fiſtula accipiens aquam è fouea, quæ dũ aquam in ſe receperit, per ſpiritum ſurſum redundat aqua. Sic & ſanguis ad hepar ſe habet. Hepar autem toti corpori nutrimentum miniſtrat, cuius uena quum oppreſſa fuerit, ipſum hepar aut per ſe patitur, aut propter uicinitatem, & ſanguis in aquam cõuertitur, & fit hydrops. Si uerò ſanguis ad cerebrũ uerſus fuerit, parit inſaniam: ſi ad pulmonem, tabem generat.

APHORIS. XII.

SIngultui ſi ſternutamenta ſuperueneriint, tollunt ſingultum.

Singultus duobus modis fit, quemadmodum & cõuulſio, aut ex repletione, aut ex inanitione. Et quia ſtomachus neruoſus eſt, nerui autem à cerebro oriuntur, dum ſternutatio ſingultui ſuperuenerit, ſoluitur ſingultus: quia motus calorem facit, calor autem calorem euaporat. Si ex inanitione fuerit ſingultus, quicquid ad ipſam cõcuſ-

sionem pertinet, ea excitatione facta naturæ signi ficat uirtutem reparari.

APHORIS. XIII.

AB aqua inter cutẽ detẽtus, si aqua per uenas in uentrem defluxerit, morbo soluetur. At si tussis accesserit, nulla erit spes salutis.

Nam aqua inter cutem ex repletione accidit: si autem aquæ deriuatio fiat, & aqua ad uentrem per uenas redeat, soluitur affectio. Si uerò tussis aduenerit, multis modis malum est: Primò, quia significat ipsam abundantiam superiore loco redundare, quæ titillat & facit tussim: deinde, quia ipsa cõcussio magis inficit: exagitatur enim aqua: tussis enim signum est mortis.

APHORIS. XIIII.

FLuore aluí diutino detẽto, uomitus sponte superueniẽs, tollit fluorem.

Ventris fluorem si spontaneus sequutus fuerit uomitus, soluit fluorem: quia illud quod inferius excernebatur, per superiorem partem egreditur.

APHORIS. XV.

COstalí aut pulmonia detẽto, si alui fluor superuenit, malo est.

Multis modis malum est, si costali morbo detento

tento ſuperuenerit alui fluor, præcipuè initio: Primò, quia debilitat uires: Deinde, quia dolor ingens eſt, & uigiliæ: accedit autem & fluxus uentris, quæ omnia debilitãt. Sed quare dolor eſt grauis in morbo coſtali? Nimirum, quòd hypezocos membrana confricatur, & cum coſta pleura: unde etiam pleuritici dicuntur, qui coſtali morbo detinentur. Deinde quia molle & ſenſibile à duro premitur, ideo maior eſt dolor.

APHORIS. XVI.

LIppientem prehẽdi alui fluore, bene eſt.

Lippitudo, oculorũ dolor aut ex uapore aſcendente, aut ex humore fit. Si ergo uentris fluxus ſuperuenerit, ad inferiores partes prouocatur ipſa materies, quæ faciebat oculorum dolorem.

APHORIS. XVII.

SI ueſica præciditur, aut cerebrũ, aut cor, aut diaphragma, aut aliquid ex tenuioribus inteſtinis, aut uenter, aut iecur, letale eſt.

Hippocrates de principijs corporis loquens dicit: ſi quid horum præciſum fuerit, letale eſt. Sed falſum uidetur eſſe quod dicit Hippocrates. Scimus enim inteſtino inciſo & uentre, ſæpius euaſiſſe & ſuperuixiſſe hominem: ut ſæpe in bello

accidit. Reſpondemus, aliud eſſe præciſionem, aliud inciſionem, atque aliud percuſſionem. Percuſſio eſt, quando aliquid horum pungitur, non tamen diuiditur, ut ſi aliquis in uentre purgatur, & non in inteſtinis. Nam tria in ſe continet uenter, in medio eſt caro, intus & foris ſunt nerui: & hoc prouida natura facit, ut caro illa calefaciat cibum, & nerui extendantur quoties multum comedimus. Item caro illa adunata, tota ſe conſolidat, quoties punctio huiuſmodi fuerit. Inciſio eſt, quoties membrum inciditur, non tamen diuiditur. Præciſio uerò dicitur, quoties membri continuatio diuiſa fuerit: quo modo nunc dicit Hippocrates, ſi quid ex his membris præciſum fuerit, letale eſt: quia ſunt quædam principia ſine quibus natura ſubſiſtere non poteſt.

APHORIS. XVIII.

QVum præciſum os eſt, aut cartilago, aut neruus, aut genæ particula tenuis, aut præputiũ, nec augeri, nec coaleſcere poteſt.

Membrorum noſtri corporis alia ſunt neruoſa, alia muſculoſa, alia carnoſa, alia oſſea, alia uenoſa. Hippocrates ergo in omnibus uerax, nunc uult oſtẽdere, que ſint in corpore noſtro ea membra, quæ inciſa nõ ſanantur, & dicit: Omne quod neruoſum eſt, ſi præcidatur, difficilè ad integritatem

tem reuocatur, nisi fortè locus ille circundatus fu erit carne, quæ carni adunetur. Illud tamen non simile est, quum uidemus collum uesicę incidi, uel ipsam etiam uesicam, quando calculi extrahuntur: tum enim in longum finditur ea parte qua est caro: quia caro maximè adunat & conglutinat locum: quanquam id quoq; difficile fiat. Videamus ergo quid dicat Hippocrates. Os, inquit, si præcidatur, non crescit aut augetur. Cartilago etiam, quæ est narium positio, simili modo se habet: sic & genę particula tenuis, utpote iuxta labiũ, quod magis est neruosum quàm carnosum. Præputiũ uerò pręcisum nõ augetur: simili enim modo neruosum est, & non adest caro per quam possit nutriri. Hæc ergo omnia si præcisa fuerint, neque augeri, neque coalescere possunt.

APHORIS. XIX.

SI sanguis pręter naturam in uentriculum transfunditur, suppuretur necesse est.

Hippocrates in hoc aphorismo omnes concauitates uentris, uẽtriculum nuncupauit. Dicit q; Si extra uasa exierit sanguis, detentus in concauitate alia, tabefacit & inficit calorem naturalem: et quia præter naturam est, suppuratur, & in sanem conuertitur.

APHORIS. XX.

SI uarices aut mariſcæ inſanienti ſuperuenerint, inſania ſoluetur.

Inſania & melancholia cerebri ſunt affectiones, & cerebri obtinent principium. Dicit ergo Hippocrates: ſi inſanienti ſuperuenerint uarices, ſoluetur inſania. Varices enim ſunt uenæ latiores, quas ſæpius per genua ad pedes uidemus deſcendere: & per has fit de ſuperiore parte ad inferiorem ſolutio morbi. Idem efficiunt mariſcæ, ſi inſanienti ſuperuenerint.

APHORIS. XXI.

QVæcunque rupta de dorſo ad cubitum deſcẽdunt, ſanguine detracto ſoluuntur.

Ex uertebris accipiunt officium ſuum manus: Si ergo dolor fuerit in cubito, ſignificatur ſpinalem eſſe affectionem, idque aut ex conſtipatione, aut ex punctione, aut ex alio quouis morbo. Inciſa ergo uena in brachio ipſo, ſoluit dolorem: quia ſiue tumor fit, relaxatur, qui antè opprimebat uenas, & faciebat dolorem: ſiue humor, detrahitur: ſiue conſtipatio, relaxatur.

APHORIS. XXII.

SI mœſtitia & metus longo tempore tenet, atra bilis in uitio eſt.

Timor

Timor enim fit quoties tinctæ fuerint cerebri particulæ: & uelut in tenebris ſe non cognoſcente natura, timores accidunt. Si ergo, inquit, longo tempore tenet mœſtitia & metus, atra bilis ſignificatur: quia maximè ex melancholica materia timores eueniunt.

APHORIS. XXIII.

IGnem ſacrũ de foris uerti introrſum, non bene eſt: interius foras, bene eſt.

Ignis ſacer ex cholera fit & ſanguine, ſed plus ſanguinis habet quàm choleræ. Si ergo apparuerit in aliquo membro, & ſubitò introrſum uerſus fuerit, malum eſt: quia aliquãdo ad uitalia cõcurrit. Si uerò ex interiore loco foras uertatur, bonum eſt: quia natura ad ſuperficiem educit humorem ſuperfluum.

APHORIS XXIIII.

QVi per ardores contremiſcunt, iſs delirium adfert ſolutionem.

Ardores enim ex bilioſo fiunt humore, & ſunt morbus peracutus. Si ergo tremor ſuperuenerit, ſoluitur morbus. Nam tremor accidit, quia materies ſenſibilia loca contingit, quæ aliquãdo ad ſuperficiem euaporatur. Ipſa quoque materia aut eius qualitas ad cerebrum aſcendit, & delirium facit, & ſoluit tremorem delirium: quicquid tamen ſenſibile fuerit, minus ſentit.

APHORIS. XXV.

QVi ſuppurati, aut aqua inter cutẽ laborantes, uruntur aut ſecantur, omnes intereunt, ſi pus aut aqua uniuerſa effluxerit.

Hoc dicit: Quia maximè apud antiquos, ſi quis erat ſuppuratus, hoc eſt, haberet pus in ſpacio inter thoracem atq; pulmonem, aut alio tali membro, ferro candente urebatur: & hoc fiebat propter uenas & arterias. Si quis ergo, inquit, ſic fuerit affectus, & uniuerſum pus effluxerit, moritur: quia cũ inutilibus ſimul effluunt utilia. Similiter dicendũ eſt de iis qui aqua inter cutem laborant.

APHORIS. XXVI.

SPadones neque podagra laborant, neque calui efficiuntur.

Antiquis enim temporibus, & hi qui ſeruabãt palatiũ, maximè eunuchi erant. Item eunuchi cõſtituta habebant cibaria: uir uerò exectis teſtibus, naturæ muliebris efficitur. Ergo tam ex ciborum abſtinentia, quàm ex temperie quam natura eunuchorum habet, neque podagra laborant, neq; calui efficiũtur. Nam podragra & caluities ex intemperantia accidunt. Hac uerò ætate eunuchi articularijs morbis afficiuntur, quod non abſimile eſt podagræ: quia in ocio & delitijs uiuunt, & labore

bore non exercentur, & incompoſitè uiuunt, ac nutriunt craſſum humorem, qui ad articulos decurrens, articularem morbum parit.

APHORIS. XXVII.

MVlier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.

Quoties mulieribus menſtrua profluunt, purgatio eſt totius corporis. Si uerò nõ fluxerint, redundat materies humorum in toto corpore, et gignuntur morbi. Aliquando autem craſſa ipſa materies decurrit ad articulos, & fit podagra.

APHORIS. XXVIII.

PVer podagra non laborat, antè q̃ concumbere incipiat.

Puer podagra nõ laborat antè quàm cum muliere rem habeat: ubi aũt cum mulierem habuerit, calor ſubtrahitur, et humores commouentur.

APHORIS. XXIX.

DOlores oculorũ ſoluit aut meri potio, aut balneũ, aut fomentum, aut uena inciſa, aut medicamentũ epotum.

Quemadmodum quatuor ſunt humores, ita quadrifariam oculorum dolores fieri intelligit Hippocrates, qui ſuprà dictis auxilijs tolluntur.

Commentariorum Oribaſii in Hippocratis Aphoriſmos, finis.

INDEX.

EORVM QVAE HOC LIbello prę cipuè habentur, Index.

Abortus cauſæ. 221.224.
Abortū multis modis fieri. 109.214.215.
Adoleſcentibus qui morbi accidant. 126.
Aegritudo in quibus non timenda. 76.
Aegritudinū cognitio ex tēporis qualitate. 105.
Aegritudines naturales quæ dicantur. 110.
Aegritudines nō omnes in ſingulis temporibus, ſed aliquas in aliquibus fieri. 116.
Aegritudini unicuiq; propriam eſſe uictusratio-nem. 23.30
Aegritudines conuiuæ. 86.
Aegritudinum principalium diuiſio. 23.64.
Aegritudinum quatuor tempora. 30.
Aegritudinum differentiæ. 28.
Aegritudines acutiſſimæ quæ. 28.
Aegritudinē iudicatā quando cognoſcatur. 60.
Aegritudines acutæ quomodo iudicētur. 66.71.
Aegritudinum iudicatio. 157.
Aeſtate quæ fiant ægritudines. 118.
Aetas in curandis morbis attendenda. 17.18.
Aetatibus quibus, quæ ægritudines eueniāt. 121.
Aetati mediæ que accidant ægritudines. 125.
Affectus q̄ndo affectū curet, et quādo occidat. 75.
Affectum non oriri, niſi cauſa præcedente. 87.
ἀποκριτικὴ. 39.
Amazones cur dextram mamillam exurant. 233.
Angina morbus. 199.120.

Aphoriſmus quid ſit. 11.
Aphoriſmorum autores primi. 8.
Aphoriſmorum liber in quot partes diuidat. 10.
Aphoriſmorum liber cui parti artis medicæ ſubſit. 8.
Aphoriſmorum liber quo ordine legendus. 9.
ἀχλοίοτικη. 39.
Apoplexia, & eius differentiæ, & unde gignatur. 87.130.
Aquarum differentiæ. 211.
Aquæ inter cutem cauſa. 249.
Aquæ inter cutem ulcera non facilè ſanari. 246.
Aquilonis uenti uirtutes. 113.
Area quid ſit. 246.
Articularis morbꝰ unde cõtrahat. 112.120.130.257.
Aſcarides lumbrici unde naſcantur. 125.
Aurium grauitas unde ueniat. 130.
Auſtri uenti natura. 114.
Autumno qui morbi accidant. 119.
Autumno cur morbi magis expectãdi. 101.106.

B

Bilem rufam lumbricos rotundos ꝓducere. 126.
Boreæ uenti qualitas. 102.
Branchos morbus quid ſit, & unde ueniat. 121.

C

Calida quibus amica. 204.207.
Calida quæ dẽtrimenta inferat. 202.
Canis ſtella quæ ſit. 134.
Canicularibus diebꝰ moleſtę ſunt purgatiões. 135.

Canini

Canini dentes quatuor. 124.
Capilli ex tabe defluentes quid portendant. 200.
Cardiogmus ſtomachi uitium. 128.
Cauſæ origo à medico inquirenda. 76.
Cauſon febris ardens, & unde fiat. 119.172.
Cephalęa unde fiat. 126.
Cerebrum triplici materia contextum. 239.
Cerebrum quomodo non patiatur. 53.
Cerebri reſolutio quot modis fiat. 103.
Cibi quo anni tempore facilius cõcoquant. 44.
Cibi plurimum quando appetimus. 41.
Cibum offerens quæ conſideret. 44.
Cibus quando ſubtrahendus ægroto. 31.33.
Circuitus quid. 28.45.
Cognitio omnis quot modis habetur. 168.
Comitialis morbus quid, & unde fiat. 91.127.
Comitiali morbo laborantes quõ ſanẽtur. 91.
Comitialis morbus quando mutetur. 197.
Compreſſio unde dicta. 21.
Conceptus quot modis fiat. 132.222.
Conſuetudo altera natura. 44.95.
Conuulſio quid. 178.
Conuulſio unde fiat. 141.171.178.194.
Cor nunquam patitur. 128.
Corpus humanum in tria principalia diuidi. 54.
Corpus in quibus morbis uſque ad animæ defectionem inaniri debeat. 47.
Corporis magnitudo in quibus laudanda. 98.
Corporis craſſitudo, & plenitudo quomodo mi

nuenda. 19.20.
Corporis aſpredines unde proficiſcantur. 130.
Coxendix unde fiat, 120.
Criticum diem præcedit perturbatio. 60.
Cryſtallus quid. 210.
Curatio quot fiat modis. 207.
Cyrtoſis morbus. 156.

D

Dentes quare renaſcantur. 124.
Dentium differentiæ. 123.
Deriuatio quid. 225.
Doctrinæ modus quadruplex. 9.
Dolor tribus modis non ſentitur. 54.
Diaphragma quid. 141.
Διὰ τρίτου. 80.
Dies critici qui. 66.71.151.
Dyſenteria quid ſit, & unde fiat. 108.110.147.
Dyſenteria quot in locis fiat. 108.
Dyſenteria duplex. 108.149.

E

Ebrij qui dicantur. 195.
Ἐλκτικὴ. 39.
Eryſipelæ. 210.
Exercitatio quibus bona. 18.
Ethmoides. 86.
Experimẽtũ incertũ in homine fieri nõ debet. 17.
Extenuatio repentina. 54.

F

Fallax omnẽ tribus modis fallit. 13.

Fauces quot modis patiantur. 61.
Fauces quomodo curentur. 61.
Febrium cognitio. 161.
Febris quot modis fiat. 92.171.
Febrim acutam frigidum sudorem emittere. 158.
Febres erraticæ. 119.
Frigida quid efficiat, & quibus inimica. 203.204.
Fluida facere corpora, quid sit. 56. (205.

G

Glaucomata quando accidant. 130.
Grauedo quid. 86.

H

Hemiplexia. 88.
Herpes morbus. 208.
Hippocrates multi. 7.
Hippocratem huius libri authorem esse. 7.
Hippocrates naturæ amicus. 7.
Hippocratis interpretes. 8.
Homines obesos & crassos celerius mori. 90.
Homines graciles præter naturam celerius mori. 90.
Homines aut ægroti aut sani fiunt, tribus punctis. 55.
Hydrops siccus. 138.
Hydrops unde fiat. 119.
Hydropicorum differentiæ. 138.
Hyemis tres qualitates. 109.
Hyeme quæ oriantur ægritudines. 118.120.

I

Ieiunium qui magis uel minus tolerent. 37.
Immutatio quot modis fiat. 99.
Inanitio quando fieri debeat. 17.
Inanitio nimia periculosa & grauis. 21.22.
Inanitio unde dicatur. 16.
Incisorij dentes. 123.
Inediæ fastidioseq; incommoda. 244.
Infans quomodo concipiatur in utero. 39.
Infantes cur ligantur à nutricibus. 122.
Intestinorũ læuitas quid sit, & unde fiat. 129.242.
Intestinorum difficultas unde fiat. 244.
Iuuenibus quæ oboriantur ægritudines. 127.

K

καθεκτική. 39.

L

Lac quibus malum. 236.
Lac quibus bonum. 237.
Lactis qualitates. 236.
Lepra qualis morbus, 118.
Lethargus unde fiat. 128.
Libri huius scopus. 7.
Lienteria unde fiat. 108.110.120.
Lippitudo unde fiat. 251.
Locus quid sit. 91.
Lordosis morbus. 156.
Lumbricorum differentiæ. 125.

M

Macilenti qui dicantur. 135.

Mala præter rationem euenientia quæ ſint. 75.
Magnitudo corporis trifariam accidit. 98.
Mares in dextra parte cur ferantur, fœminæ uerò in ſiniſtra. 224.
Mariſcæ uenæ quæ ſint. 129.247.248.
Maſculi qui non barbeſcant. 233.
Matricis duo orificia. 225.
Matricis membra multa. 132.
Medicina duplex. 8.
Medicina amica naturæ. 33.
Morbos per uictum curari.. 27.
Medicus quæ obſeruare debeat, antequam opus aggrediatur. 17.
Melancholia fortior morbo comitiali. 117.
Melicrati uirtus. 24.
Mẽbranæ tres quib⁹ detinet infans in utero. 226.
Membrorum noſtri corporis diſtinctio. 252.
Menſtrua quid ſint. 213.
Menſes quo modo ducantur. 213.216.
Menſes unde decolores eſſe cognoſcantur. 217.
Molares dentes. 124.
Morbi qui ſenes conſequantur. 129.
Morborum longorum & acutorum indicia. 34.
Morborum iudicatio. 66.127.
Morborum ſtatus. 32.
Morborum genera medico examinanda. 17.18.
Morbi longi uel acuti quomodo cognoſcãt. 34.
Morbum non perfectè iudicatum quot modis cognoſcatur. 58.

Mulieres cur in conceptus initio appetitum malum habeant. 231.
Mulieris grauidæ ſigna. 219.231.
Mulierum dolor in partu. 222.
Mulieres nimis craſſæ non concipiunt. 221.
Mulieres ad quotum uſq; annũ purgentur. 217.
Mulierum differentia. 222.232.
Mulieres grauidæ quando purgandæ, & quando non. 131.
Mulieres quæ barbeſcant. 233.
Muſculi quatuor. 192.

N

Natura gaudet modo. 52.96.
Naturã in operationib⁹ plus ualere q̃ artẽ. 46.60.
Nephrites renũ affectus, quot fiat modis. 248.
Nimphæa. 39.
Nix quid ſit. 210.
Nox grauis ægrotis. 59.

O

Oculorum dolores quadrifariam fieri. 257.
Oribaſius in Galenum cõmentaria ſcripſit. 8.
Orificiũ uuluæ cur claudatur poſt conceptũ. 226.
Orificia tria ſtrangulationem facientia. 155.
Oſſa unde oriantur. 149.
Oſſa quot modis frangantur. 208.

P

Panis quot modis dicatur. 84.
Pauor quot modis fiat. 177.
Pelops Galeni magiſter. 10.

Peripneumonia unde fiat. 120.128.
Perturbatio uariè fit. 15.
Phrenitis unde fiat. 128.
Phthisis quibus celerius eueniat. 127.198.
Phthisis quid sit. 106.127.198.
Phthisis quot modis fiat. 106.120.202.
Phthisicis autumnus malus. 107.
Pituita unde fiat. 111.
Pleuritis quot fiat modis. 120.
Pleuriticorum signa quatuor. 35.
Pleuritici qui dicantur. 35.251.
Podagra qui non laborent. 256.257.
Podagrici à cibis arcendi. 163.
Podagrici dolores quomodo mitigentur. 210.
Poma quando sumenda. 44.
Pompeius Magnus Medicinæ libros transferri curauit. 3.
Potus subtilior est cibo. 58.
Prerogomata. 39.
Pueros ieiunium minus ferre. 37.42.
Pueris recèns natis quæ accidant. 121.123.
Purganda superiora sunt æstate, hyeme uerò inferiora. 134.
Purgari qui debeant et qui non. 83.
Purgatione quando utendum. 78.
Purgatio immoderata. 195.
Purgationis & inanitionis differentia. 17.

Q

Quartanæ æstiuæ breuiores autumnalibus. 73.

Raucedo quid ſit, & unde fiat. 86.121.
Regius morbus unde fiat. 175.176.
Regionem medicus conſpicat oportet. 18.
Remiſſio quid. 28.
Renum dolores unde proueniant. 130.
Renũ uitia cur difficulter ſanentur. 24.245.
Repletio omnis moleſta 24.
Reuulſio quid. 225.
Ructus acidus quale ſignum. 242.

S

Sanguis totius corporis nutrimentum. 194.
Sanguinis ſubtrahendi ratio & modus. 21.
Sanguis in mamillis quõ in lac conuertatur. 219.
Saniras quid ſit. 83.
Sanitati purgatio contraria. 83.
Scammonia. 56.
Scopus quid ſit. 7.
Senes facilius ieiunium ferre. 37.40.42.
Senex cur incuruatus ambulet. 98.
Senes cur frigidi. 40.
Seniores cur uigiliæ torqueant. 130.
Senibus qui morbi accidant. 129.
Sextum aphoriſmorum librũ probatur eſſe Hippocratis. 212.& 220,
Singultus quot modis fiat 229.249.
Sitis duobus in locis naſcitur. 169.
Somnus quid ſit. 41.
Somnus quibus bonus, & quibus malus. 50.
Spaſmus quid ſit, & unde fiat. 74.124.

Spirandi difficultas unde contrahatur. 129.
Spiritus quot modis ſubſiſtat. 178.
Spondyli ſex in ceruice. 156.
Spontaneum quid ſit. 52.
Sputum quadruplex. 36.
Status morborum. 32.
Sternutatio ad facilitatem partus bona. 216.
Stomachus quot modis curetur. 96.
Strangulatio quot modis fiat. 89.
Strangulationem quæ faciant. 155.
Struma unde fiat. 126.
Sudor unde fiat. 159.160.
Superdiaphragma & ſubdiaphragma. 141.

T

Tempus medicus obſeruare debet. 17.
Temporum qualitate ægritudines cognoſci. 105.
Tempora quatuor morborū cognoſcendorum uel medendorum. 13.
Temporum immutatio trifariam fit. 99.
Temporū qualitates, & quid ex iſtis eueniat. 107.
Tertianæ exquiſitæ cognitio. 173.
Timor unde fiat. 255.
Tuſſim duobus in locis naſci. 104.

V

Valetudo duplex. 19.
Varices quales uenæ. 254.
Venarum diſtinctio. 239.
Venter quæ in ſe contineat. 252.
Ventris ſolutio unde oriatur. 130.

Venti quot, eorũ naturæ, & unde oriant. 102.103.
Veratri duo genera. 138.
Veris ægritudines propriæ quæ. 117.
Vertebræ uigintiquatuor in nobis. 125.
Vesicę exulceratio quib⁹ modis cognoscẽda. 188.
Vesicæ affectiones quare difficulter sanent. 245.
Victus ratio unicuiq; ægritudini propria. 23.30.
Victus ratio tenuis nõnunquã mala. 25.26.27.29.
Vigiliæ quibus cõmodæ, & quibus non. 50.
Vinum multiplex. 84.
Vinum trifariam diuiditur. 58.
Virtutes principales trifariam diuiduntur. 36.
Virtutes quatuor sẽper suo officio fungẽtes. 39.
Virtutes quatuor operatiuæ in nobis. 22.
Vitæ humanæ partes. 10.
Vitiligines unde fiant. 118.
Voluulus unde dicatur, & contrahatur. 120.
Vreteres meatus urinarij. 185.
Vrina quid sit. 179.
Vrinæ inspectio. 179.
Vrinarum uarij colores. 181.
Vrinæ stillicidium unde accidat. 120.129.188.
Vrinæ instabiles unde fiant. 191.
Vteri uitia. 215.
Vuluæ compositio. 39.

Finis.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
DE LA FACULTAD DE MEDICINA